

Incipiunt capitula undecime distinctionis.

Quid sit mors et unde dicatur et de quatuor generibus morientium ca. primū. **D**e morte meineri sacerdotis de clauistro. cap. ij. **D**e morte Isenbardi sacriste eiusdem cenobij ca. iij. **D**e morte Figeri monachi. ca. iij. **D**e morte adolescentis layci cum quo angelum moreretur loquebantur. ca. v. **D**e Operto conuerso qui moriens celestes audiuit armoniam. ca. vi. **D**e conuerso coco qui audiuit angelos officia exequiarum compleere. ca. viij. **D**e morte fratris hyldebrandi cuius animam in specie pueri speciosi conuentus candidatorum deferebat. ca. viij. **D**e conuerso mortuo circa cuius corpus frater Wernerus candelas stare vidit. ca. ix. **D**e morte herwici prioris ca. x. **D**e morte mengozi conuersi qui ad mandatum Hilsberti abbatis reuixit. capitulum. xi. **I**tem de morte gozberti conuersi qui reuiuiscens visa recitauit ca. xij. **D**e finali contritione sacerdotis quandoq; nigri monachi existens. caplm. xij. **D**e Erudingero monacho cui beatus Daino finem suum predixit. caplm. xiiij. **D**e morte gerundi conuersi quem homines nigri et vultures morientem obseruabant. caplm. xv. **D**e morte conuersi super quem residebant corui cum agonisaret qui a columba expulsi sunt. capitulum. xvi. **D**e morte eunonis de malebech monachi in clauistro. caplm. xvij. **D**e morte ludolphi monachi de porta. capitulum. xvij. **D**e morte alardi monachi de lucka cui christus cum matre et sanctis morienti apparuit. caplm. xix. **D**e milite occiso qui ad inuocationem diuini nominis saluatus est. caplm. xx. **D**e frifone qui sine sacramentis obiit satis a filio monitus. caplm. xxi. **I**tem de frifone occiso qui ante mortem omnia sacramenta suscepit. caplm. xxij. **D**e wigero milite qui a saracenis occisus est. caplm. xxij. **D**e theoderico de rulant q; orans ad sepulcrum domini vt moreretur precibus obtinuit. caplm. xxiiij. **D**e morte monachi de orzburg qui viuere recusauit propter abbatez inordinatum. caplm. xxv. **D**e abbate qui in baioaria incendio suffocatus postea seu post mortem miracula fecit. caplm. xxvi. **D**e morte inclusi de sancto Maximino in colonia. caplm. xxvij. **D**e morte clemencie sã dimonialis muellie circa cuius corpus inuenti sunt nouez circuli ferrei. capitulum. xxvij. **I**tem de osilia Leodienſe que circulis ferreis se ligauerat capitulum. viceſimũnonum.

Distinctio
De mor
Dilectis
nolri. ca. xz
De m
De quer
De monac
intrate par
copus res
vior in me
dmaris co
denarios m
cuis anima
corico riu
paleri cler
ne gozberd
ni lecanoi d
mi lingua
ens vidit e
proximo si
igneum mi
De clerico
ditum excla
firmalez auz
ob blaipet
lum. vidit te
episcopu ſir
qui ſozozu
tis. ca. l. y
De ſubita r
nonici qui r
elle in cuius
re magna q
ipm in aqu
ſerens cleric
in ſozozie ſer
ret. capitula
de pno ſepu

De morte serbrandi abbatis claricampi. capitulum. xxx. **D**e morte
 Hoelleidis sanctimonialis. caplm. xxxi. **D**e morte Conradi cellerarij
 nostri. ca. xxxij. **D**e morte monachi nostri quem richwinus vocauit. ca.
 xxxij. **D**e morte gregozij armenij que mater defuncta vocauit. ca. xxxiij.
De uerso de cuma qui propter obuluz reuersus est ad corpus ca. xxxv
De monacho qui propter cucullaz quaz moriens exuerat prohibitus est
 intrare paradysuz. caplm. xxxvi. **D**e ciue strasburgensi cuius anima ad
 corpus redijt. ca. xxxvij. **D**e magistro thoma theologo qui dyabolum
 vidit in morte. ca. xxxviij. **D**e vsurario metensi cui mortuo crumena cuz
 denarijs consepulta est. ca. xxxix. **D**e vsuraria in frechene que mortua
 denarios numerantes imitabatur. ca. xl. **I**tem de vsuraria de bachē
 cuius anima a demonibus in specie cozuorum euulsa est. ca. xli. **D**e the/
 oderico vsurario qui moriens denarios masticauit. ca. xliij. **D**e morte
 Walteri clerici dispensatoris lutharij prepositi bunnens. c. xliij. **D**e mor/
 te godefridi canonici sancti andree in colonia. ca. xliij. **D**e morte Hermā
 ni secundi decani in colonia. ca. xlv. **D**e morte legisse in saxoniam cui mori/
 enti lingua diuinitus subtracta est. ca. xlvj. **D**e henrico rustico qui mori/
 ens vidit capiti suo lapidem ignitum imminere per quem agros alienos
 proximo subtraxerat. ca. xlvij. **I**tem de rustico cui dyabolus palum
 igneum mittere in os morienti minabatur ob eandem culpam. ca. xlvij.
De clerico mortuo qui rediens se iudicatum et in manus impiorum tra/
 ditum exclamauit. ca. xlix. **I**tem de clerico moriente qui se tubam in/
 fernalez audiuisse testabatur. ca. l. **D**e morte comitis fulkensis heretici
 ob blasphemiam occisi. ca. li. **D**e morte Johannis dani qui dyabo/
 lum vidit in morte. ca. liij. **D**e quodam seruo quem duo canes cum se
 episcopū simular et lacerauerunt. ca. liij. **D**e morte bernardi monasteriensis
 qui sororium suum occidit. ca. liij. **D**e latronibus colonie in rotis posu/
 tis. ca. lv. **D**e rusticis qui post mortem in sepulcro contendebant. ca. lvi
De subita morte cuiusdam conuersi conspiratoris. ca. lvij. **D**e morte ca/
 nonici qui velatam sanctimoniam stuprauerat. ca. lvij. **D**e morte pu/
 elle in cuius sepulcro canes se inuicem momordabant. ca. lix. **D**e mulie/
 re magna quam demones transferebant. ca. lx. **D**e hospitalario qui se
 ipm in aquis suffocauit. ca. lxi. **D**e matrona agonisante quaz mors de/
 serens clericum iuxta astantem inuasit. ca. lxij. **I**tem de monstro quod
 in specie femine interfecit familiam duarum curiarum cum in eas respice/
 ret. capitulum sexagesimumtercium. **I**tem de monstro quod bunne
 de vno sepulcro exiit. et aliud intrauit. capitulum sexagesimumquartum

¶ monacho qui in alna cadens expiravit dum legeretur euangelium.
Vigilate qz nescitis etc

Explciunt capitula

Incipit vndecima distinctio de morientibus.

Quid sit mors et vnde dicat. et de quatuor generibus morientium.

Ca. primū

Monachus

Undecima hora diei soles trahit ad occasum. Hec est etas decrepita que morti vicina est. Non sine mysterio in distinctione vndecima de morientibus tractanduz suspicor quia vndenarius eo qd denariū in quo precepta legis diuine consistunt. primus transcendat transgressionem designat. Per transgressionem enim protoplastorum mors introiit in orbem terrarum. Unde mors a morzu nomen suum accepit. Mor vt homo pomum verite arboris momordit mortem incurrit et tam se qz totam suā posteritatem necessitati illius subiecit. Dicitur etiaz mors ab amaritudine quia vt dicitur nulla pena in hac vita amarior est separatione corporis et anime. Sunt autem tria genera mortis vt dicit Iudozus. acerba. immatuta naturalis. Acerba infantum. Immatuta iuuchum. Matura id est naturalis senum. Et quia de morientibus loqui proponimus noueris quatuor esse genera hominum morientium. Quidam bene viuunt et bene moriuntur. Alij et male viuunt et male moriuntur. Alij male quidem vixerunt sed dei gratia bene moriuntur. Et sunt qui quidem bene vixerunt sed iusto dei iudicio male moriuntur. Hanc diuersitatem per Ezechielem dominus expressit satis. De bene autem viuentibus et bene morientibus dicit Vir si fuerit iustus et fecerit iudiciū et iusticiam. post enumerationem multorum operum bonorum ita concludit. Sic iustus est vita viuet scilicet eterna. ait dominus deus. De male viuente et male moriente mox subiungit dicens. Quid si genuerit latronem effundentem sanguinem? Enumeratis multis operibus iniusticie in fine sic dicit. Nunqz viuet. Non viuet cum vniuersa hec detestanda fecerit. morte morietur scilicet eterna. sanguis ei in ipso erit. De eo autem qui male vixit et finaliter penitet sic ait. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est et custodierit vniuersa precepta mea et fecerit iudiciū et iusticiam vita viuet et non morietur. omniū iniquitatū eius quas operatus est non recordabor. In iusticia suā quam operatus est viuet. ¶ **P**ollonius magna solatio

Distinctio
Ceteris
iusticia sua e
ran solet imp
bonf. In pe
nunt. Amor
male quod
ne vixit se
li male mor
fenerent et t
vbi si chris
arias eius si
C.arius d
et qd tota n
tate mouit m
vntas ocl
vntifadu
larus. Hac
in oipedi n
rabunt ex
A
m
y
bus granle
ecclie sachi
Bernardi s
dine fecerat
C.ags in ead
leg cellerarie
tr. eib. luter at
indocant. E
quatuor at
lituone tri
sti vigilanc
et mibi solie
tu p. ad et

Cesarius. Nō minus terribile est quod sequit. Si asit auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatē fm omēs a bominaciones suas quas ope/rari solet impius nunq̄ viuet. Omēs iusticie eius quas fecerat nō recorda bunt. In peccato suo quod peccauit moriet. Petrus bene vixit et bene finiuit. Simon magus econtrario male vixit et male finiuit. L. atro in cruce male quidem vixerat sed bene cōsumauit. **N**icolaus aduena credit̄ p̄us bene vixisse sed nō bono fine cōcluit. **A**ppollonius. quare boni bene et mali male moriant̄. questio mihi nulla est. quare asit diu bene viuentes nō p/seuerent et diu male viuentes bono fine decedāt nosse vellē? **C**esarius. Nō sū chusai cōsiliarius **D**auido. Quis em̄ nouit sensum dñi aut quis cōsiliarius eius fuit? **A**ppolloni. Que est mors bona. et que est mors mala? **C**esarius Qui in caritate decedit p lumen eius videbit lumen eternū. hinc est q̄ foris morientes lumen ardens tenent in manib⁹. Qui vero sine caritate morit̄ mittet̄ in tenebras exteriores. Una em̄ sententia omnis hec diuersitas cōcludit̄. Qualē inq̄ te inuenero. talē te iudicabo. **A**ppolloni. Satisfactū mihi fateor p sententias nūc p̄cor vt exempla subiūgas. **C**esarius. Ifaciam quod hortaris et hoc fm ordinē p̄dictū. Quā preciosa sit in aspectū dñi mors sanctoz eius. et mors p̄cōz pessima subiecta declarabunt exempla

Caij

De tempore quo beatissim⁹ dauid monach⁹ claustrensis ab hac luce migravit. Ifacta est in eadem domo que alio nomine hem menrode vocat̄ mortalitas magna dño eligente sibi eos quos vita cōmendabat sanctior. ad similitudinē columbe que meliozibus grātis pascit̄. Erat ibi sacerdos quidā nomine Meinerus quādoq̄ ecclesie s̄cte Simeonis in treueri canonic⁹ et salutari admonitione sancti Bernardi abbatis ad ordinē ouersus. amplius q̄ triginta annos in ordine fecerat et p plurimos labores ad sublime sanctitatis culmē puenēat. Cūq̄ in eadē domo ob suā p̄bitatē ad diuersa elect⁹ fuisset officia. p̄orat⁹ scz cellerarie grāgiarie magisterij nouicioz. gradatim tñ omnib⁹ irrep̄e hēnibiliter administratis grauiter infirmat⁹ mortē adesse dolor vehemēs indicauit. Cui⁹ dolores abbas cōsiderās in domū secretiorē eū poni fecit quatuor ad ministerium eius deputatis. Ille vero licet gauderet de solitudine tristabatur tamen de exhibito honore dicens abbati. Fratres isti vigilando atq̄ laborando sunt lassi neq̄ mihi sunt necessarij. Grata est mihi solitudo neq̄ minus solus ero cum solus ero. Non enim solus est cui presul et custos dominus adest. Si careo hominum obsequio credo

q̄ non deerit presidium de celo abbate recedente et ad sermones eius mi-
nus attendere ipse fratres abire opulit lucernāq̄ extinguere. **M**edia nocte
prior iubente in eandē domū ad dicēdas horas minuti uenit et ignis
accensus est quia hyems erat. **D**ictis matutinis uisitauit eum prior fra-
tribus lectum eius circumstantibus. **Q**uibus ait. **T**ota nocte solennisabā
si centum linguas haberem interne iocunditatis gaudium explicare non
possem. **V**idi deificum luxen auctori celestem armoniam inter sui choris
psallentium in choro. **N**ch q̄ ordinare q̄ distinde q̄ reuerenter psallebāt
Voces quidē erant multe et diuerse sed quēadmodum in cythara varie-
tas cordarum vniformem reddidit conuentum vel concentum ita concors
illa diuersitas in vnā conueniebat melodiam supra humanū sensum dele-
tabilem. **B**rauib succinentibus puellares voces ascendebant facien-
tes dyapason. **C**uius organi suauitatem humana infirmitas estimare nō
potest. admirāti mihi super his. asticit quidam in habitu venerabili dicēs
Quid miraris? **H**ec est laus uerbi dei. **E**t cum hec dixisset psallentib⁹ ad-
iunctus est et tota uirtute psallebat. **I**nterea gratum occurrit spectaculuz
uidebam scalam speciosam super me directam iter et heris in celum prebe-
tem. **U**nus ex nostris subito de medio factus hanc ingressus superna re-
gna petebat. **L**etabundus et laudans angelorum uallatus copijs nullū
q̄ passus omnino discrimen celo receptus est. **V**erūtamen frater ille non
est mihi designatus ex nomine. **Q**uidam autem calūniabatur fratres no-
stros duo obijciens scilicet q̄ defunctis fratribus debitam pensionem ne-
gligenter soluerent et veteres tuncas cum nouas reciperent non statim
redderent. **I**n altero me reprehensibilem uoleo propter uigentes em̄ cau-
sas missas nondūz persolui quas debeo sed q̄ plura psalteria dixi. **D**eo
enim gratias ago labia mea nunq̄ ociosa fuerunt a laude dei. **H**ec pro-
secutus est ⁊ consequenter ab hac luce subtrahus fidem fecit dictis. aiunt
de eo q̄ in exterioribus agens sepe per diez duo psalteria dicere solitus
esset. **P**erspiciam est q̄ frater ille qui subito de medio factus cum hono-
re celesti deduci uisus est ipsum. **M**einerum satis eleganter expressit euidē-
ti declarans indicio q̄ uelocius morte subueniente sine omni discrimine
transiturus esset de pressuris ad gloriāz. de morte ad uitā. de mūdo ad
christum. cui est honor et imperium in secula seculorum amen.

Casu

Erotabat in eodem cenobio scz hēmenrode sacerdos **J**sen-
bardus nomine custos ecclesie plus q̄ tricēsimū annū agēs

Distinctio
in corinet
frotam rig
Cunonog
boica intell
um et inma
pdonē ad
firmate.
fumpre sic
temperand
ne in celo pl
In nostro ca
In vna omi
Inatagabile
for amor lau
Inime quieti
uotinis sup
Ine. Qui eni
otus tibi exi
fima statua
refectus col
pior. et dñs
uouissimis int
lis q̄ rabijs
Ine querēba
Ine: enibilit
Inflatione. n
In. immacul
numorem. **E**
Ina negligem
Ina agunt in
ribus et vire
In factis virib⁹
In illatus a qui
Inoibus et
In dei domi
Ina q̄ super
Ingentib⁹ de
In. Et ille q̄

in ordine et ad extrema perductus est. Media nocte cum super eum mini-
 strozum vigilaret diligentia audiuerunt eum leui susurro verba sonare.
Timentesq; ne morti proximus aliena loqueretur ori loquentis aure ad-
 hibita intellexerunt verba sublimia edificationis plena. De gloria celesti-
 um et inenarrabili leticia sanctorum. **D**ignū ergo iudicantes testem his
 ydoneū adhiberi nunciauerunt hec abbati qui et ipse graui laborabat in-
 firmitate. **V**ocatus abbas affuit **I**nterim cecidit horologiū et occasione
 sumpta sic fari cepit. **A**ch q̄ suaue noctem exegi. q̄ delectabili horologio
 temperando operam dedi. q̄ dulces et q̄ suaues concentus audiui. cho-
 ris in celo psallentiū interfui. **A**ch q̄ concorditer q̄ delectabiliter psallebāt
In nostro cantu solet esse dissonantia. rediū. lassitudo. ibi longe aliter est.
In vnā omnes oueniunt melodiā. super omne quod delectat dulciorē.
Infatigabiles laudare non cessant et quanto plus laudant tanto pl^o cre-
 scit amor laudandi et mirabili ac ineffabili modo hoc puenit in vsum gra-
 tissime quietis q̄ nunq̄ vacāt a laude creatoris. **I**bi vidi homines nostri
 ordinis sup homines alios eminere claritate et dignitate et gratia precel-
 lere. **Q**ui enī magis hic humiliati sunt mediocrib^o pro xpo stenti et glori-
 osius ibi exultant. abundantiorē accipientes consolationem facie splendoris
 sumi statura celsi veste gloriose. **C**ū his familiariter ouersatus sum et amico
 refectus colloquio. **A**pparuerunt etiam mihi fratres nostri dñs Werner^o
 prior. et dñs. **N.** et dñs. **A.** et dñs **Cuno.** et dñs **Dauid.** honore celsior cā
 diuissimis induti cucullis quoz nitoz oculis meis tam erat impenetrabi-
 lis q̄ radius fulguris choruscantis. **T**anta gloria vestium delectatus so-
 licite querebam si talem ego habiturus essem. **E**t dixerunt. **Q**ui viuūt irre-
 prehensibiliter talem vestem sperare potest. **S**i vero vitium latuerit in cō-
 uersatione. macula apparebit in veste. **C**ulpa enim vite maculaz facit in ve-
 ste. immaculatam ergo merebitur habere vestem qui se a maculis seruat
 immunem. **E**t dixi. que sunt macule!. **E**t ille. **M**urmuratio detractio inui-
 dia negligēcia. et quicquid sinceritatē cordis maculat et confundit. **Q**ui
 talia agunt in gloria vestis maculam ponunt. **T**u vero pro multis labo-
 ribus et vite honestate similem sortieris vestem. **I**is dictis faucibus are-
 factis viribusq; exhaustis defecit loquens. **P**ost modicum instillata refo-
 cillatus aqua. resumptoq; spiritu ad loquendum se parans. spem fecit au-
 ditoribus et ait. **U**tinam differret me dominus vsq; dum completo ope-
 re dei dominis nostris loqui possem. **A**ch q̄ leti nunciū baiulus essem. q̄
 leta q̄ stupenda narrarem. que vidi. que audiui et sensi. que parata sunt
 diligentib^o deū et in laude eius vigilantib^o. **E**t abbas. frater quō hec vi-
 disti. **E**t ille. q̄ter hac nocte rapt^o sū añ deū. pecc^o meū aptū est et aia mea

educta est et statim fuit inter choros angelorum et vidi dominam nostram in
immensa claritate cum suis sacris virginibus que se mihi promisit in necessita-
te affuturam et sanctum michaelis cum multo exercitu angelorum prepatum in
auxilium mihi. Nam altari et memorie sue honorem solebat semper impendere
et innumerabilem multitudinem sanctorum et quos antea non videram statim
agnoui. Rursum spiritu et viribus deficiens loqui cessavit. Compulsus itaque de
forbicula paucillum accepit et gustans ait. **O** quam dulcis est dominus gustantibus.
O quanta est suauitatis eius abundantia. quam larga quam indeficiens et omnium
deliciarum copiis affluens qua me in hac nocte reficere dignatus est. **O** dulce
deum illa. dulcedo gratissima. optabilis et prestantissima. **O** quam singularis.
quam excellens et ineffabilis. Intus enim in corde utraque teneo. verbis autem
explicare non valeo. quam sentire potui non possum effari. rei nimietate victus.
tam felici refectione pastus. **H**anc superaddere superfluum duco. **H**ec breue et
modicum nutrimentum prestat. illa in perpetuum reficit et saginat. **O** quam beati sunt
qui illa sine fine fructuri sunt. **I**ubente abbate. vocati sunt quidam nouicij. viri
quondam in seculo clari virtute militari insignes quos ita consolatus est. **V**ere
felices estis. et terque quaterque beati qui de vana vestra conuersatione atque ma-
dana vanitate per diuinam misericordiam vocati estis parte in celis cum iustis
habaturi. **C**onstat enim de salute vestra si tamen perseueraueritis. **N**am dominus **D**a-
uid indefinenter pro vobis precatur ad dominum fundit quatinus quod salubriter in-
choastis feliciter compleatis. **I**nnu autem eorum nomine exprimens de eo dicebat
nisi portas claustrum ingressus fuisset. mortis eterne portas non euasisset. ad-
erant et hospites conuertendi gratia de sedibus suis euocati. sed nimio adhuc
ter temporalium amore detenti. rem arduam aggredi dubitabant. **Q**ui fiducia-
liter accedentes ad vix dei. mentisque fluctuationem confessi quod videlicet velle
adiaceret eis. proficere autem bonum non inuenirent supplicabant ut orationibus eius
adiuti mererentur in bono stabiliri. **E**t ille. quamdiu mente adheretis seculo.
non potestis perfecte placere deo nec firmari in bono habentes voluntatem
fixam in malo. quapropter recedite omnino ab his que inutiliter amatis
et non deerit vobis gratia saluatoris. **S**i vidissetis que ego vidi omnem
gloriam mundi vilem reputaretis. **D**einde multa querebant. ille de patre. ille de fratre. ille de suo statu futuro. ille de presenti. **S**ed vir dei ita de sin-
gulis responsu temperavit ut secretorum reuelator et conscientiarum inspector
esse probaretur. **M**ox vocante domino sancta illa anima. carne soluta est
ad dolores corporis ultra non reditura sed ut credimus immortalitatis
luce vestienda et perhenni gaudiorum suauitate reficienda. **D**uo hec capi-
tula sicut quinque reliqua que sequuntur a quodam reperi notata qui se ea
que dicta sunt vidisse et audiuisse memorat. que perire non sum passus.

Distinctio
habere pro
sequere velle
testimonio
Hu-
ter
et quibus
accensionis
mus. quibus
is solatio
not. **V**ila
ms. equam.
ni redirent
precebat
luminibus.
ce diuinitat
le periculum
caus. hab
cials inquit
fios meos
mes nocti v
narum acco
tare. **D**e de
vir simplex
figuracina.
habe suo in
Et
rup
ma
sequer la
Cuius ex
uouit ad
nate palle
dumt ei

habent preterea plures testes qui adhuc supersunt **A**ppollonius Prosequere obsecro reliqua quia tanto sunt audientibus gratiora quanto tuo testimonio recenter gesta scripto sunt mandata.

Cap. iiii.

Fuit in eadem domo monachus sacerdos nomine Sigerus etate iuuenis et amator ordinis sui corporis seuerus castigatoz qui inter cetera virtutu opera sancta dei genitricem ardentem diligebat et quibus poterat modis alios ad amorem eius accendebat. Cum autem accersionis sue hora immineret eo qd infirmaretur et languor esset fortissimus. quidam conuersus magna dei gratia preditus. quem dominus secreta consolationibus suis frequenter consolari dignatur huiusmodi visionem vidit. Visa est ei tabula defunctorum pulsari et ire cepit ad muniendum fratris exitum. Et forte transitum habens per palacium operis mirifici. inuenit residentem in eo matronam reuerende dignitatis cuius facies angelicam referebat gratiam et niuem indumeta candorem. Verebatur igitur desixis in eam luminibus. certus tam desiderabili persone diuinum numen inesse. denique tante diuinitatis presentia ausum prebente pius accedit non metuens offense periculum et familiariter verba conserit dicens. O mantissima domina. quid cause habes ingredi ad nos cum hoc non sit licitum matronis? Et illa. speciali inquit iure fungor in domo ista. et venio visitare familiares et domesticos meos. Et ille piam pro fratribus gerens sollicitudinem. ait. Ecce fratres nostri viritum decedunt iuuenes et senes et mediocres. et non est plonarium acceptio. Quid inde nobis faciendum est? Et illa. debetis decantare. De deum laudamus. Cum plura responderet. hec tamen verba retinuit vir simplex et sine litteris. Interim vero pulsata est tabula et cessauit visio figuratiua. Credimus piam dei genitricem utpote matrem misericordie fidei suo in morte non defuisse et tale indicium aduentus sui dedisse

Cap. v.

A tempestate venit ad conversionem adolescens laycus mundi corruptelaz incorruptus euadens carnis integritate seruata. quod est magnam diuine miserationis beneficium. Hic cum se capto pntasset consequenter languore correptus inunctus est. Quo inuncto alius defunctus est Cuius exequiis cum vniuersi interesset infirmis interim sine custode relictis audiuit adolescens ille choros angelorum obsequia funeris agentium et suauitate psallentium magnifice delectatus est. Insup quodam ex ipsis presentialiter astiterunt ei et allocuti sunt dicentes. Amice tu quid dicis? Placet ne tibi

hac vice venire ad nos? **E**t ille. vehementer cupio dissolui et esse cum xpo
Et angeli. esto paratus. **E**xpletis presentib' exequijs statim nobiscū ibis
Ille promissi haud dubius superni futuroz gaudiorum primicias iam
corde presentiens. letus et hilaris redeuntē infirmario rem pandit per or
dinem et adiecit. **S**ternite mattam et pulsate tabulam et que preparāda
sunt parate celerius **I**am em̄ iturus sum ad dominum. quod ita factū est
Porro quidam infirmus proximus iacebat ei et quasi contiguus tenui tā
tum pariete diuisus ab ipso qui audiuit angelos cum eo loquētes qui ad
huc superest testis fidelis cuius testimonio fidem facit vita laudabilis.

Ca. vi.

Erat in eadez domo claustro simul laycus quersus nomine **O**per
tus vir moribus ornatus et actione circumspēctus. a primis ado
lescencie annis deseruiens in ordine. ad omne iubentis imperium
hilaris et promptus. **H**ic annis circiter triginta cum fratribus infirmis
tam deuotum q̄ sedulum exhibuisset obsequium. ipse quoq; diuersa corpo
ris inequalitate correptus est et in magnis laboribus sepe uiuens annis
quasi viginti longum trahebat martirium verū tamen licet corpore inua li
dus animi prouidentia non deerat fratrum necessitatib' prudenter dispo
nens omnia. **T**andem obozte mortalitatis urgente procella et languore
inualescente. diem suum sanctus vita simul et doloribus ereptus est. **P**o
ste beati stephani que proxima est natali domini pulsata est tabula desū
ctorum pro eo. et surgentes festinanter aduenerunt fratres orationib' mu
nientes fratris exitum. **I**acebat autem vt mozis est positus supra mattā
extremū traheus spiritum. **D**icta letania cum adhuc aliquid spiramenti
superesse videretur incepti sunt septem psalmi **I**nter dicendum tanq̄ de le
ui somno excitatus reuixit. circumferens oculos et iubente abbate reposi
tus est in lectum suum et reuersi sumus. **Q**uidam autem rei nouitate pcul
si manserunt circa cum expectantes donec conualesceret spiritus eius. cu
pientes audire ab eo quid hoc esset miraculi. **P**ostq̄ aut sibi redditus est
ita dicere exorsus est. hic ego quid facio. certe hic esse nolo. modo erā in
angelos celestis armonie suauitate demulcebar. **D**eputatus eram beato
p̄thomartiri glorie ipi' consoz et collega futurus. **H**ic ergo quid facio
certe redire volo. **P**ost modicum itez tabula pulsata est et feliciter obooz
miens in dño vt credimus non est fraudatus a desiderio suo partem ha
biturus in sorte sanctorū. **Q**ui aut preostensa sibi gloria reuersus ad horam
caruit in hoc pusillanimitati nostrē cōsultum esse nō ambigim' videlicet vt
min' sollicitos deuotos faceret et p̄ficientes studijs meliorib' accenderet

Frequenter
bos erit
monū in
vel baculo
eclesia. ma
bitū dōp
bo dūm. i
glia d' hoc
for in eff' ab
is. **H**oc tel
pis intellig
onis causa
confessus e
die gratus
minus occ
to fratri/ sic
is aliquor n
thymole co
nada' sunt p

Quoniam
cellet
reulare vig
top qui in le
gaudio ma
na a gomin
to beatā re
pro qd de
vot' **Q**uid e
quis imma
marca' est

Ca. vii.

In eadem domo cecus quidam conuersus fuit. cui deus interioris hominis lumen contulit. damnū corporis celesti munere commutās dedit eī diuinas videre visiones aliquando gloriā sanctorum frequenter penas maloz assidue ipm demonē flammiuomos ignium globos eruduantem. Mira sunt hec et munera dei. Frequenter aut patit demonū incursum et congressus ita vt ipi impingāt in eum et ipse vel pugno vel baculo affligat eos. Ihos assultus pati solet in quolibz loco magis in ecclesia. maxime cū p defunctis orat. Ea tempestate cepit iste in exequijs defunctorz audire choros angeloz psallentiū modo cum monachis modo diuisim. Cum aut efferebant corpora precedente uentu manebāt angeli in choro exequiaz officia complentes. Inter sanctus aut et pater noster ineffabiles solebat audire iubilos et supra humanaz estimationē dulces. Ihec celestis modulacio post depositionē domini dauid dulcior et magis intelligibilis audiebat. Contigit aliquando dñm abbatem edificatiōnis causa venire ad hunc cecuz. qui inter cetera accepte gratie beneficiū confessus est. et hic diligenter ante premonit⁹ est ab abbate vt diuine gratie gratus existens omnem humanam gloriā excluderet diuinū apud se munus occultans ne sanctum daret canibus. Et respondit se tm hoc vniuo fratri suo carnali dixisse. Et intellexit abbas lapsum hominis. Post dies aliquot reuerso abbate humiliat⁹ coraz eo celesti se carere beneficio laethymose confessus est. Et inflicta ei graui penitencia que superbiēti sub tractā fuit penitenti restituta est gratia.

Cap viij

Quam in extremis ageret frater hildebrandus tabula pulsata conuentus accurrit. Quo morientem circūstante et exequias ex more celebrāte stetit frater quidam inter alios cui talem visionē domin⁹ reuelare dignatus est vidit. et ecce alius conuentus supuenit hominū albaroz qui in loco quo moriens iacebat. speciosum valde puez accipiens cū gaudio magno et canticis abijt. Itaqz gemina felicitis huius fratris substātia a gemino conuētu delata atqz deducta est. anima scz a conuētu albaroz ad beatā requiē. Corp⁹ vero a conuētu albandoz ad ecclesiā. vtroqz sane p eo qd deferebāt in dei laudē quāqz indifferenter crepante. **A**ppoloni⁹ Quid est qd in quorūdam iustoz morte tā mirifica vident⁹ et in alioz qui eis immerito pares sūt vel forte maiores nulla ostendunt⁹. **C**esari⁹ vna causa est vt latens sanctitas morientū viuētib⁹ manifestet. Alia vt

eorum virtutes quibus hoc meruerunt imitari. Tertia est vt iustorum innocencia si male fuerint (vt sepe fit) infamati demonstratur. Verbi causa.

Ca. ix.

In eodem cenobio quodam fratre fauore nomine Wenero uersum aliquem quidam ex fratribus calumniati sunt sine causa ita vt eijceretur ab illis. Contigit post hec vt frater idem moreret et laicus dictus Wenerus interesset commendationi eius. Moris aut tunc erat vt aliquo super matram posito fratres sicut sine processione occurrerunt. ita sine ordine circa morientem steterunt. ubi cuiusque prior occursum aut deuotio locum dedit laicis fratribus hincinde circa monachos stantibus. Corpore igitur mortui loto et allato vidit idem Wenerus multas candelas in circuitu feretri statutas et omnes ardentes. In parte autem qua ipse stabat omnes candelae pariter extinctae sunt. Unde miratus simul et territus cum corpus in ecclesiam delatum fuisset ipse dominus Sifridum traxit in partem et confessionem fecit extinctionem candelarum suis peccatis imputans et in nocencie fratris manifestande. Reuersus in ecclesiam easdem candelas inuenit et omnes ex omni parte ardentes vidit.

Cap. x.

Anno preterito defunctus est ibidem dominus Hertwicus prior. vir quidem grandeuus et circa disciplinam feruentissimus. Qui cum seipso putaretur esse moriturus. multis qui conuenerant clara voce dicebat. Non modo moriar sed crastina die hora nona ero ante summum iudicem de omnibus operibus meis ibidem redditurus rationem. Eadem siquidem hora expirauit. In cuius transitu quidam confessi sunt se angelos audiuisset. Simile habes de vrico monacho vilarienti in dist. ix. ca. xxxi. **Monachus.** Quid est quod ille predixit se iturum esse ad nuptias. iste ad iudicium? **Monachus.** Ille utpote in adolescentia uersus pie presumebat de custodia innocentia. istum terruerunt peccata multo tempore ommissa. Senex enim uenerat ad uersionem. **Monachus.** Beati mortui qui sic in domino moriuntur. **Monachus.** Quanta sit in domino morientium beatitudo subiecta declarabunt exempla.

Ca. xi.

In sepedicto clauastro uersus quidam fuit nomine mengosus vir simplex et religiosus in coquina uentus seruiens. Accidit ut die quadam cum iuene quodam monacho ebdomadario coquina lignum incidere. Qui cum minus caute pedem ad sciendum seruaret. monachus eundem pedem

dist. ix. ca. xxxi. **Monachus.** Quid est quod ille predixit se iturum esse ad nuptias. iste ad iudicium? **Monachus.** Ille utpote in adolescentia uersus pie presumebat de custodia innocentia. istum terruerunt peccata multo tempore ommissa. Senex enim uenerat ad uersionem. **Monachus.** Beati mortui qui sic in domino moriuntur. **Monachus.** Quanta sit in domino morientium beatitudo subiecta declarabunt exempla.

diuisit. **D**eportat⁹ in infirmatoriu^m cu^m nimis torqueret inuad⁹ est **I**nstante tpe eundi ad capitulu^m generale dixit ei bone memorie d^{ns} gisilbert⁹ abbas. frater mengoze noⁿ debes mori. sed expectabis me **R**espondente illo si in me fuerit faciam. subiunxit abbas. **E**go precipio tibi. **T**uit ergo ad capitulu^m et moratus est diutius. **R**everso eo et veniente ad portam pulsata est tabula et campana. **I**nterrogauit abbas cui pulsaret. dicente portario quia fratri mengozo. **R**espondit abbas. **E**go deberē ei adhuc loqui. festinansq^{ue} ad orationem cu^m venisset in infirmatorium ille expirauerat. **E**t cu^m se inclinasset ad mortuu^m alta voce dicebat. **I**frater mengoze. et noⁿ erat ibi vox neq^{ue} spūs. **C**unq^{ue} secundo idem nomen repetisset. **R**espondit por. **N**olite vos fatigare expirauit em̄ **T**unc abbas se ad illius aurem magis inclinans clamauit dicens. **E**go tibi preceperam ne moreris donec venirem. **E**go tibi itez precipio vt respondeas mihi. **A**d quod verbū ille qⁱ graui somno excitatus oculos aperuit et ingemuit. **O**ch pater inquit q^o fecisti? **B**ene eram vt quid me reuocasti? **U**bi inquit eras? **R**espondit cōuersus. **I**n paradiso posita erat mihi sedes aurea secus pedes dⁿⁱe nostre **E**t cu^m me reuocares aduenit d^{ns} **I**sembardus sacrista noster trahensq^{ue} de sede eadem. dicebat non hic sedebis. inobedienter huc venisti reuertere ad abbatem tuū. **S**icq^{ue} reuersus sum. **A**ttamē pmissū est mihi q^o eadez sedes mihi foret reseruāda. **V**idi eundē **I**sembardū in multa glōria in cui⁹ pede apparuit macula eo q^o nobiscum existens inuitus iret ad labores. **A**ppollonius. **C**ū sancti sine macula sint ante tronū dei. quid est q^o in glōria ciuis celestis visa est macula? **C**esarius. **P**ropter viuentes visio eadem ostensa est vt glōria monachis viuentib⁹ esset ad osolationem macula vero negligentib⁹ ad correptionem. licet em̄ inuitus iret cum fratrib⁹ ad laborem manūū. valde tñ sollicitus fuerat circa diuinū seruitiū libenter matutine matutinas pulsabat. libenter alte cātabat. **A**ppollonius. **P**lacq^{ue} q^o dicis **C**esarius. **T**estatus est idem mengozus se d^{nm} dauid ibidem vidisse et alios multos qui nuper fuerant defuncti. **D**icebat etiā. infra triginta dies aliquos de purgatorio esse liberandos. **C**unq^{ue} hec et his similia recitare cepisset aduocati sunt nouicij viri in seculo nominati. **G**erard⁹ videlicet. marcinānus. et **K**arolus. postea abbas. **D**e cui⁹ etiā manu comedit in signū vere resurrectionis. **P**ost hec cu^m postulasset licentiā redeundi respōdit abbas. **M**odo vadas in pace et benedixit ei. **A**d q^o verbū mor oculos clausit et expirauit. **H**ec mihi recitata sūt a seniorib⁹ n^{ris} et a iam dicto marcināno qui tāto miraculo interfuerat. **C**unq^{ue} p^{re}fat⁹ **I**sembard⁹ esset moritur⁹. et gerard⁹ agnomento Washart ad pedes illi⁹ resideret. p^{ro}pheticō spū ad stabilitatē illū hortat⁹ est dicens. **O** gerarde vide ne exas

ordinem. quia multa milia demonū aī portam expectant te **Quid** postea
de eodem gerardo actum sit nouimus omnes

Ca. xii.

Simile miraculū contigit in eadem domo. **Cū** esset ibidem nouicius
dñs hermann⁹ nunc abbas loci sancte marie sicut ipse mihi retulit
venit ad eū die quadā aliquis de senioribus dicens. **Venite** me
cum ego faciam vos audire in continenti que libenter audietis. **Et** duxit
eum ad quendam ouersum gosbertum nomine qui mortuus fuerat et re
uixit. **Quem** ouersi nescio quot sunt secuti sperantes q̄ noui aliquid essent
auditori. **Ad** quos ille. **Vos** dñi numeratis annos ouersionis vestre. ali⁹
quadraginta. alius triginta. alius decem. **Ego** vobis dico q̄ beatus est
monachus ille siue ouersus qui bene vno anno vel mense v̄l quod minus
est vna ebdomada in ordine ouersatus est. **Quib⁹** cū amplius dicere nol
let recesserunt. **Ad** quē nouitius. rogo vos bone frater vt aliquid mihi re
feratis quod me edificet. **Respōdit** ille. **Ego** cū nuper infirmarer essemq̄
in doloribus maximis venit ad lectū meū nescio quid. **Cūq̄** primo tetigis
set pedes meos gra datim ascendendo tetigit ventres meū. ac deinde pe
dus nec tamen ex eodem tactu aliquid mali sensi. **Tacto** vero capite meo
mox expirauit. ductusq̄ sum in locum amenissimū et nimis deliciosum in
quo diuersi generis arbores ac multi coloris flores asperi. **Occurrerūt** mi
hi ⁊ iuuenes speciosissimi a quibus officiosissime sum salutatus. et ante do
minā nostram celi reginam cū multa alacritate deductus. **Posita** est mihi
sedes secus pedes eius. in qua cum sederem cum multa cordis mei iocūdi
tate iussus suz redire ad corpus. de quo cū plurimū dolere solati sūt me
dicētes. **Ne** tristeris quia sedes hec tibi reseruabitur et post dies paucos
redibis ad eam **Quos** cū iturus interrogassē de statu futuro nre dom⁹ re
spōderūt. **Bon⁹** est stat⁹ eius p̄ns sub abbate hoc gisilberto neq̄ plus ab
eis obtinere potui. **Circa** tertiū vero diē rursū expirauit idē gosbert⁹
Appolloni⁹. **Cū** in p̄mo ca. hui⁹ disti. dictū sit nullā penā in hac vita morte
esse amariore. q̄d est q̄ neuter istoz ouersoz de illi⁹ amaritudine oquerit?
Cesari⁹. **Puto** tñ de illis esse intelligendū q̄ anima sepať a corpe nō
reuelura nisi ad diē iudicij. **Ego** lazaz cū adolescēte ac puella suscitatos
tabitā etiā et maternū. necnō et multos alios q̄z null⁹ de hac re aliq̄d cō
querit. **Quosdā** etiā tā placide videm⁹ mori aci in somnū resoluant. **Uñ**
de hac q̄stione nihil certe diffinire possū **Appolloni⁹**. **Siqua** sūt residua
de morientib⁹ p̄dicte dom⁹ p̄cor vt mihi edisseras. **Cesari⁹**. **Hoc** vt fiat
oportet me ordinez p̄positum mutare ita vt interscalari modo loquar de

Distin
bene p̄nt
reuerent
vno mo
H
mudra d
in region
sua penite
irruent
le oculit.
pometie
luminū se
ruit et o
s hūmies
ui tpe ar
indolger
do orans
lutacione
rā xit? lu
sic. Rogā
cut? est?
apud dei
omēz sat
vna don
nitenti. **S**
votuc in
nacho tal
gaudis n
vice pare
centes se
pzeiosis
ta sua et
bola frae
stantē sp
Quo q̄ bi

bene viuētib⁹ et bñ morientib⁹ nūc de male viuētib⁹ et bñ morientib⁹ nūc reuertendo ad illos. **Appolloni⁹.** Dūmodo loquaris edificatoria de ordine modica mihi cura est. **Cesari⁹.** Audi ergo q̄nta sit misericordia dei

Cap. xlii.

Hic aliq̄t annos in clauſtro ſacerdos quidā defunct⁹ eſt cui⁹ vitalis erat. In ordine q̄oꝛz nigro fact⁹ fuerat monach⁹ et ſacerdos in quo tantū p̄fecerat vt p̄ozat⁹ officiū adipiſceret. Sed faciente inuidia dyaboli et p̄pria temeritate deſertis caſtitaſis et innocētie caſtris in regione abijt diſſimilitudinis pactū facere cū delectationib⁹ ſuis. aliq̄t aut⁹ penitētia duct⁹ p̄monſtratenſ⁹ ordinis regularis effect⁹ eſt. Rurſūq̄z circūuent⁹ a ſathana in priſtinos cecidit erroꝛes. de hinc ad n̄m ordinē ſe contulit. Itēq̄z fact⁹ apoſtata voluptatib⁹ frena laxauit nō erubeſcens domeſtica vxoris cohabitationē. Nouiſſime dieb⁹ iſtis reſpect⁹ a deo p̄re luminū ſeculū cū concupiſcencijs deſeruit veniensq̄z hēmenrode ingreſſū petiuit et obtinuit. Moꝛ ad arma penitētie duolās cōfeſſionib⁹ aſſiduis laet hymis orōe et ieiunijs om̄ib⁹ fere penitēdi formā p̄buit et decurſo breui tpe anno. ſ. necdū dimidiato tact⁹ moleſtia carnis lecto decubuit nō tñ indulgenti⁹ ſe agens ceptū viriliter cōſumabat agonē. modo p̄fallens modo orans modo ſanctā dei genitricē ſalutās habebat aut⁹ quāſdā ip̄i⁹ ſalutationes ſine quib⁹ nec vigilās nec dormiēs inueniri poterat q̄s añ ho rā exit⁹ ſui collo ſuo ip̄e circūligauerat in teſtimonium fiducia et bone ſpei ſue. Rogabat aut⁹ dñm abbatē ſibi aſſiſtere cū paucis fratrib⁹ quib⁹ fic plo cur⁹ eſt. Reuerēde pater et dñi peccatoꝛ ego et penitens teſtes vos mihi apud deū eſſe cupio ſincere cōfeſſionis et vere penitētie. parat⁹ em̄ ſū ad om̄ez ſatiſfactionē quelibet tormenta quolibet labores ſubire ſi de⁹ mihi vitā donauerit. Nihil duꝛ nihil difficile nihil impoſſibile amāti et vere penitenti. Sic vere cōpunct⁹ et vere penitens bñdictiones et gr̄azactiones adhuc in ore habens deo felicē reddidit ſp̄m. In cui⁹ tranſitu. cuidāz monacho talis viſio reuelata eſt videbat angelos in infirmatoꝛio epulis et gaudijs multis letantes. medium aut⁹ ſedere Salomonē tam ſolemnis leticie participē. dicebat em̄ ſalomon. Supuenerūt et alij angeli ſecū adducētes ſex de fratrib⁹ noſtris qui eo tpe diſceſſerant ſacerdotes in albis p̄cioſis luce clarius fulgentes. Qui r̄ dixerunt. his ſex dimiſſa ſunt peccata ſua et huic ſeptimo. digito demōſtrātes ſalomonē. Interim pulſante tabula frater q̄ hec viderat euigilaui. et veniens inuenit eū in eodē loco exultantē ſp̄ū quo viderat eū participiſſe cōiuijs angeloz. **Appolloni⁹.** Puto q̄ hi qui ſūt in fruitione ſepe p̄ ſuis fratrib⁹ adhuc peregrinantib⁹

deum exorent **C**esarius. Hoc sermo sequens declarat

Cap. xliij.

Hic in eodem clauastro monachus quidam Rudingerus nomine
sui nomen suū rudis satis in conuersatione. In ordine siquidem mi-
nus ordinate vixerat. et quod deterius erat sepius apostatando
tempus penitentie sibi concessit inutiliter. consumpserat. Circa finem vite
sue reuersus et receptus ydropisi morbo percussus est. Qui dum die qua-
dam ante lectum suum sederet et orationes aliquas diceret. beatus Da-
uid ante annos decem defunctus in effigie nota ingrediens cum duobus
eque defunctis ait. Frater rudingē quid agis aut quomodo habes? Re-
spondit ille sicut homo pauper et infirmus. Corpus per tumorem disten-
ditur. et quod me plus angit multorum criminum mole conscientia grauatur.
Quem sanctus consolans dixit. Diu quidem male vixisti sed hodie scias
te moriturum. Ego dominā nostram sanctam dei genitricem et reliquos
sanctos pro te rogavi et duos eos inueni et ubi exauditus fuero totum
celestem exercitum pro te mouebo. Sicque disparuit. Quod cum ille domi-
no hermanno abbati. quandoque sanctorum apostolorum decano et tunc
in clauastro priori recitasset. respondit ille. Bone dñe Rudingē vos estis
vir prouecte etatis et infirmus et cito moriemini nolite dicere nisi verita-
tem. bene nouerat vitam eius. Respondit infirmus. Si non fuero mortu-
us hodie hora nona diei falsa sunt que dixi. Quid plura! Hora predicta
monachus moritur et de visione prior certificatur. **A**ppollonius. Puto
demonēs multum fremere cum tales eis subtrahuntur. **C**esarius. Sicut
sancti angeli morientium animas deducere nituntur in celum. Sic angeli
mali eas detrudere conantur in infernum.

Ca. xlv.

Mortuus est in eadem domo quidam conuersus nomine gerhungus
Iste ante conuersionem quorundam episcoporum treuerensium. sue
cessiue tamen fuerat dispensator et durus pauperum exactor. tan-
dem quorundam admonitione persuasus Hemmenrode venit ubi in ha-
bitu seculari tempore aliquanto de proprio vixit. Tactus graui infirmitate
magis timore gehenne quam amore patrie habitum induens in infirmatoriū
uersorum deportatus est. Qui cum ad extrema deuenisset et in lecto suo so-
lus iaceret. aspiciente quodam conuerso nomine Ludone. vultures aduo-
lantes in partem lecti eius residerunt cum quibus homines terri magni atque
deformes intrantes eundem circumsteterunt. Jam dicit Ludon de visione

primū admirans. Et post paululū q̄ demones essent qui morientium ani-
mas quasi escā prestolent̄ recogitans alta voce clamauit. Quid statis ibi
vos dñi? Egrediemini. Qui cū minime obedirent secundo clamauit Ego
vobis precipio in nomine dñi vt exeatis. Ad quod verbū mox viri egre-
dientes et vultures auolantes nusq̄ disparuerunt. Jacebat aut̄ idez ludo
infirm⁹ in lecto opposito vir senex et religiosus corpore virgo. Visio hec
sicut et subsequentes relata est mihi a dño hermanno abbate tunc ibidem
pziore. Quantū vero agonisantib⁹ frat⁹ pñtiū oīo p̄sit eadez visione de-
clarabitur.

Ca. xvi.

Quare idem tempus alius quidā ouersus illic moriebat. Homo q̄/
dem ponderosus et tardus. et ideo ceteris despectus. Qui cū po-
situs fuisset sup mattam finisq̄ eius adesset. Duo corui aduolan-
tes inopinata girauerūt circa illū. Tandem in trabe que capiti eius immi-
nebat residentes. Quos vt vidit frater henricus cuius sepe in superiorib⁹
mentio facta est demones illos esse suspicās quidnā facturi essent expecta-
uit. Interim pulsata est tabula et accurrit ouentus. Cūq̄ crux introferre-
tur columba niuea illam precedēs hostiū infirmatorū pziore intrauit et sup
iam dictā trabem volitans inter eosdē coruos media resedit. Cūq̄ cum
illis decertaret hincinde alis eos verberans tandem adeptā victoria r̄ de
domo eliminatis ip̄a in loco coruoz tandiu erat residens donec ouersus
expirasset et donec lotus et feretro impositus eodem loco restitū⁹ fuisset
Quē cū in oratoriū fratres deportarent columba eadez auolans crucez
precedebat sicq̄ nusq̄ comparuit. Apollonius. Quid vides tibi fuisse co-
lumba illa? Cesarius. Angelicā aliquā psonā que frat⁹ orationib⁹ ad-
luta p̄ anima morientis cū demonib⁹ dimicauit atq̄ triūphauit. Quātū
illic sit demonū ouersus vbi h̄i moriunt̄ qui eis seruiert̄ p̄mo seq̄ns oñdit

Ca. xvii.

Quāno magn⁹ dñs castri de Malburg vīr potēs et diues in seculo tā
valens in militia ne dicā i malicia q̄ vigēs in prudētia seculari añ fi-
nē vite in sepe fato claustro habitū suscepit regularē. Et q̄ r̄pis lon-
ginitate nō poterat mox p̄bitate dies suos dimittere satagebat vbi
a deo p̄fecit q̄ osummat⁹ in breui expleuit t̄pa multa. placita em̄ erat deo
aia illi. vñ et q̄ vocauēat cū ad suū fuitiū nō solū p̄stitit ei veniā delictoz
s̄ et in tali ordine p̄cognitū ei fec̄ finē suū habebat ouēt⁹ p̄tolariū pulcer-
rimū q̄ eq̄ricie sue p̄pter fetū nobilē deputauēat. Quē cū vīr nobil⁹ henric⁹

de **H**semburg concupisceret neq̄ precio habere posset. **H**oc actum est vt absconse subtrahatur ei transmitteretur. quez cum minime redderet missus est predictus **C**uno qui eioē henrico fuerat in seculo amicissim⁹. **E**t cū nihil proficeret. videns hominem obstinatum irruente in se vt post patuit spiritu dei ad diuinum eum iudicium appellauit diem ei prefigens **Q**uid plura? **H**enricus appellationem contempfit et **C**uno domum rediens omnibus modis quibus potuit ad eundem diem se preparauit. dicebat igitur abbati. **D**omine sexta feria crucem accepi. sexta feria transfretauī. feria sexta in capella mea me vobis tradidi. sexta feria habitum indui regularez deus sexta feria laborum meorum mihi restituet mercedem. **E**xpletis vero iam tribus annis in sancta conuersatione febre correptus est. **V**isitat⁹ ab amicis se dixit tertia die moriturum. **I**lli autem recedere volebant eo q̄ leuis esset eius infirmitas et nulla adhuc signa mortis apparerēt sed ipse rogabat ne solennitati sue deessent. **E**t factum est vt moreretur die tertio. hoc est in vigilia sancti **J**acobi sicut ipse p̄dixerat. **E**o sane tēpore erat mulier obsessa in villa **M**eyne que hora mortis eiusdem canonis liberata est et venit ad sacerdotem suum dicens demonem exisse. **P**ost paululum vero rediens dyabolus grauius vexare miseram cepit. **A**duucta est igit̄ ad sacerdotē qui quasi contionando cum dyabolo cepit interrogare eū et dicere. **M**iser tu exieras. **I**ta est inquit. **E**t vbi ait fuisti infelix? **N**o quod dyabolus. **C**uno ibi super mattaz iacebat et debebat mori. ad cui⁹ transitum festinantes pene quindecim milia sociorum meorum cum maximo tripudio hic transibant. **E**t videbar mihi nunq̄ gaudium aliquod habiturus nisi iuisssem cum eis. **S**ciens autem vas illud mihi traditum me amittere non posse reliqui illud ad tempus et iui cum eis. **D**ixitq̄ sacerdos. **Q**uid actum est ibi? **R**espondit dyabolus. **S**uperuenerunt maledicti tonsurati illi et circumstantes cadauer ita valde populare ceperunt q̄ nullus nostrum propius accedere ausus fuit. **D**ixit iterum sacerdos. **E**t vbi deuenit anima? **R**espondit dyabolus. **N**o pedes altissimi. **E**t videte boni homines quanta nobis iniuria sit illata. **H**omo iste nobis seruiet plus q̄ quadraginta annis ad omnem voluntatem nostram nocte ac die paratissimus. et modo tribus annis tm̄ alteri seruiuit domino et ille nobis abstulit eum. **C**um igitur nobis anima auferetur furore commoti in inuicem tota debachatione grassati sumus. **E**t ego modo non habeo vbi me vindicem nisi in hoc vasculo quod michi traditum est. **T**ransactis autem paucis diebus postq̄ res premissa comperta est in claustro. **H**erwicus quidam monachus per partes illas transitum habebat. **Q**ui sciens quia dyabolus mendax est et pater mendacij experiri voluit hui⁹ rei veritatez

diuertens igit^r ad obsessā mulierē insignū q̄ credi possz q̄sui a demone
 Et ille primo noluit cōfiteri sed a monacho iuramentis cōstrictus dixit. qz
 abbatulus tuus manū morientis in manu sua tenuit. Cui rei monach⁹ ille
 conscius alijs eius verbis credi posse cōsensit. Henric⁹ vero de Jsenburch
 audiens eū prefixo die defunctum pelli sue valde p̄timuit. et cum multa fe/
 stinatione ad claustrū veniens dextrarium superbe retentum nudis pedi/
 bus manu p̄pria ad defuncti sepulcrū adduxit penitentiā agens apud illū
Hec mihi de obitu monachoz claustrensū comperta sunt. **¶ Appolloni⁹**
Si demones electis in morte sic sunt importuni quid sit de reprobis quo
 rum peccata sanctoz angeloz impediunt presidia! **¶ Cesarius.** De hoc
 satis dicturus sum in sequentib⁹. Mors cuiuslibet alioz militū obit⁹ ad me
 moriaz mihi reuocat qui male quidem vixerunt sed felici fine decesserunt.

¶ Cap. xviij

Erat quidā miles in saxoniam Ludolphus nomine sed tyran⁹ acti
 one. Hic cū die quadaz vestibus nouis atqz scarlatis indutus in
 via equitaret. rusticū cum curru obuiam habuit. Cuius cum vesti/
 menta ex rotaz impulsu luto aspergerent. ipse vtpote miles superbus cō/
 motus valde extracto gladio homini pedem amputauit. Qui postea deo
 miserante de peccatis suis dolens in domo ordinis nostri que porta vo/
 catur factus est monachus. Non multo post in grauem infirmitatem inci/
 dens cum quotidie a se mala cōmissa deplangeret et maxime abscissionez
 iam dicti pedis infirmario se consolanti respondit. Non potero consolari
 nisi videro signa Job in corpore meo. Et ecce post dies paucos cicatricē
 instar filii coccinei contemplatus est circa talum suum in eodem pede et in
 eodem loco vbi rustico pedem truncauerat. qui paulatim cepit computre
 scere ita vt vermes de eo scaturirent. Tunc repletus gaudio ait. modo de
 venia spero quia video signa Job in corpore meo. Sicqz in multa cordis
 contritione atqz gratiaz adione inualecente morbo spiritum reddidit.
Hec mihi relata sunt ab abbate Liuonie qui filius est domus supra dicte.

¶ Ca. xix

Aterius cuiusdā militis mortem valde preciosā retulit mihi adaz
 monachus de Lucka cuius in superioribus memini. Erat inquit
 in saxoniam miles quidam alardus nomine qui vir fuerat tante p̄
 bitatis vt in primo torneamento in quo miles factus est manu p̄pria qua
 tuordeciz dextrarios adq̄reret. Qui sicut vir prudēs eundē honorē t̄palē
 non suis virib⁹ sed deo ascribens omnia restituit et sodalib⁹ cū seculo vs/

edicens in Lucka monasterio nostre religionis habitum suscepit. Et quia electos suos probat dominus tanta illum infirmitate flagellauit vt vermes de eius corpore indefinenter scaturirent. Quorum fetorem simul et horrorem cum ministri sustinere non possent ait abbas predicto ad e. Quid faciem fratrem cum homine isto? Respondit ille. dentur mihi quatuor linteamina et ego pro christi nomine curam illius suscipiam. Quod cum factum fuisset assidua pannorum mutatione fetorem temperauit tam sibi quam egroto. Cumque dies adesset remunerationis tante patientie ait ad e. Sternite mihi matram et pulsate tabulam quia dominus vocat me et fecit sic. Veniente conuentu post dictam letaniam cum omnes pene ad lachrymas verbis valde concupundum iuis mouisset subiunxit. Modo ite domini mei dilectissimi et dicite missas vestras quia saluator mundi et gloriosa eius genitrix cum angelis et multitudine sanctorum illuc venturi sunt. post reuertimini cum eis quia animas meas suscipient. Interim dum missas dicerent sicut mihi retulit sepe dictus adam. Alardus spiritu prophetico omnia que in oratorio agebant indicauit dicens. Tales misse a talibus sacerdotibus ad talia altaria celebrantur. Et miratus est valde de homine layco. Reuertente conuentu ille vultu iocundo sic ait. Ecce christus cum matre et sanctis suis presens est habentes manus sub mento meo et iam suscipient animas. Nec mihi credatis si in instanti mortuus non fuero. Ad quod verbum mox expirauit morte verba confirmans. De cuius corpore statim tantus odor exiit vt omnes illius suauitate reficerentur circumstantes. **Appollonius.** Valde me recreat horum oratio. **Cesarius.** Ex quo sermo est de militibus referam vnde amplius edificeris iterumque reuertar ad personas religiosas

Capitulum xx

Miles quidam sceleratissimus ab inimicis suis captus est et occisus. Qui cum moreretur hec ei verba vltima fuerunt. Domine misere re mei. In cuius morte obsessus liberatus est. Quem cum post dies paucos atrocius vexaret sicut supra dictum est de Tunone. capitulo de cimo septimo. interrogatus de hoc respondit. Multi congregati fuimus in morte militis illius. sed quia nihil ibi obtinui amplius in hoc modico vasculo me vindico. Requisitus de causa subiecit. Tria tamen heu verba moriens protulit. propter que potestatem nostram euasit. Ecce huic preconi ob inuocationem diuini nominis sicut latroni in cruce tormentum versum est in martirium. **Appollonius.** In hoc exemplo satis considero quod penitentia vera nunquam sit sera. **Cesarius.** Duo subiungam exempla per que agnosces quod extrema contritio fit ex multa misericordia dei.

Ca. xxi

In frisia nup homo quidā diues infirmatus est. habebat autē filium monachum et sacerdotem in clarocampo domo ordinis nostri. pro quo cum misisset quasi pro salute anime sue. nescio quo dei iudicio sine confessione. sine viatico. et sine inunctione mortuus est

Cap. xxii.

Quoniam circa idem tempus in eadez puincia alius quodaz friso hostibus suis occurrens vulneratus est ad mortē et occisi sunt duo filij eius scilicet cumque patres occisores estimarent mortuū abierūt. Compto tanto scelere magister grāgie in beth werde adducto plastro occisos supposuit et cum patres adhuc spirare vidisset clamauit. uiuatis adhuc dñe! Cumque ille minime responderet timens hostes esse subiecit ouersus. Ego sciz ne timeat. Tūc ille. Adhuc em̄ uiuo. Mox leuatus in uehiculo. deportatus est ad grangiā peccata sua confessus est. comunicauit inunctus est. sicque spiritū reddidit. ecce post eum tempus haberet penitendi et filius eum de salute quotidie moneret omnia neglexit moriens impenitens. Alter uero semimortuus oleo misericordie et uino penitentie ueri samaritani confusus. De stabulo transiit ad palatium Et est in his impletum quod scriptura dicit. Cui uult miserere gratias infundendo et quem uult indurat gratiam non apponendo

Cap. xxiii

In dyocesi traiectensi miles quidā extitit nomine Wigerus in actibus militie nominatissimus. In prima expeditione dei munere impunctus cruce signatus mare transiit tam fortiter et tam instanter saracenos impugnans ut tam regi iherosolimitano quam ceteris christianis dilectus esset et acceptus. et inimicis christi nimis odiosus. Qui cum per annum integrum saluatoz ibidem strennue ut dictum est militasset et repatriare cogitasset. die quadam in oculis eius in conflictu seruus eius occisus est. cuius animam in specie columbe celos uidens penetrare impunctus de uisione dicebat intra se. Quid agere proponis o miser! Si reuersus fueris uicia repetes dimissa et erunt nouissima tua peiora prioribus. Ex tunc fortius agens solito. die quadam conflictum intrauit et occubuit. cuius caput saraceni precipitantes cum multa gloria circumtulerunt christiani uero corpus rapietes atque sepelientes ecclesiam super ipsum fabricauerunt

Cap. xxiiii.

Quoniam circa illa tempora theodericus de rulant uir potens et diues deuotissimus

grā pfectus est iherosolimaz. Prostrat⁹ añ sepulcz dominici hmoi sudie orationē. **D**ñe ihu xpe qui omnia nosti si nō habeo me emendare a vicijis pristinis non me permittas redire in terram meam. sed vt hic mihi mori liceat concede. **A**udiuit hanc orationem alius miles compater eius et ait. **G**raſtis ne bene hodie compater? **E**tiam inquit dicente illo. et cui vultis dimittere vxorem et liberos vestros? **R**espondit theodericus. **M**elius est vt illos deseram q̄ animaz meam perdaꝝ. **Q**uid plura? **E**raudita est oratio religiosi militis. et post dies paucos defunctus coniunctus est ciuib⁹ Iherusalem celestis. **Q**uā prope sit dominus omnibus inuocantibus eū in veritate mors alterius cuiusdam demonstrat

Cap. xxv.

Rostburg monasterio traiedensis dyocesis. monachus quidaz fuit tenax iusticie. zelum habens discipline. **C**umq; mortuo illius temporis abbate. et is qui hoc anno defunctus est ei per electionem substitueretur. ille sciens eum virum secularem atq; incontinentez ingemuit dicens. **I**heu modo disciplina domus huius peribit. **E**st em̄ de ordine nigro monasterium aliquando diues satis et ait. **D**omine ihesu xpe peto ne sinas me diucius viuere. ne videam desolationem huius monasterij. **C**umq; induci non posset vt eundem eligeret siue professionem faceret. ait ad eum mente tranquilla deus nouit quia diligam vos. sed scio q; religio domus huius destruetur per vos. **M**ane dicta missa ab eodem abbate se inungi petiuit. et vix obtinuit cōtradicante abbate eo q; sanissim⁹ videretur respōdit. **H**odie oportet me mori. **D**einde strata matta se in ea reposuit et per tabulam conuentū aduocari fecit. **P**redictis orationibus eū minime moreretur surrexit. stolamq; in qua missas dicere consueuerat collo imponens coram altari moze agonisantium se reposuit hanc orationem fundens. **D**omina sancta virgo Maria si vnq; per hanc stolam missam celebraui tibi placentem suscipe animam meam in hac hora. **E**rauditus est iustus et expirauit. et fm̄ pphetiam eius domus illa tam in spiritibus q̄ in corporalibus valde defecit. **H**ec mihi relata sunt a quodā abbate ordinis nostri necnon ab euerhardo monacho et sacerdote eiusdeꝝ cenobij. **A**ppollonius. **N**on miror si deus quandoq; iustos tollit ne peccata dimissa repetant. vel ne mala imminetia videant vt **J**osiaz sed hoc me terret q; iusti aliquando subito rapiuntur vel quod horribil⁹ est igne aquis vel precipicio pereunt. **M**onachus. **J**usti quacunq; morte preoccupati fuerint in refrigerio erunt. **M**ultis em̄ causis omissis que assignari possent. vna est vt virtutes eorum occulte patefiant.

Cap. xxvi

Hoc die quinquennium qui nunc est dux baioarie vnum ex abbatib? ordinis nostri ad se vocauit. nescio quid cum eo tractaturus. Postquam preparatus est ei lectus in orreo. Qui cum dicto completozio esset cubitum lumen quod a conuerso postu fuerat infirum in stramen cecidit et in flammis profecit. In quibus abbas excitatus cum hostium exire non posset in modum crucis se in terram prosternens exitum suum domino comendauit. Comperto incendio dux cum militibus et omnibus qui aderant accurret reiectisq; lignis ac stipulis abbatem semiustum atq; extinctum extraxerunt. Et ecce circa pedus eius apparuit capsella cum reliquijs. Vntrem vero eius cathena ferrea stringebat. Quibus visis dux compunctus dicebat. Videere qd sancto isti viro vestimentozum asperitas sufficere non potuit nisi etiam cathenam super adderet. Sepultusq; est Ratispone in ecclesia maiori. Post dies paucos cum duo milites in eodem loco missa audirent. vnus sepulcrum eius ascendit. Ut autem deus ostenderet qualis esset meriti illic tumulatus. miles taz vehementer in pedibus ardere cepit vt desiliens clamaret. Quo comperto alter respondit. Sepulcrum est illi? obuisti abbatis. Ex illa die habit? est in eadem ecclesia in magna veneratiõe

Cap. xxvii

In ecclesia sancti Maximini in Colonia tpius meis quidam fuit inclusus cenobij eiusdem iniciator. Est em illic ogregzacio sanctimonialium. Hic ante conuersionem concubinam habuerat. et quia si mul peccauerant similem susceperunt penitentiam a deo duram vt vterq; circulo ferreo ventrem suum ligaret. Ipe vero in predicto loco se includens missas suas celebrando domino vacabat. cui illa foris in habitu religioso ministrabat necessaria. Inuentente tempore vocationis eius dominuz Enfridum decanum sancti andree cuius vitam in distinctione sexta caplo qnto descripsi vocauit confessionem fecit vitam reuelauit. Cui ille in virtute sancte obediencie precepit vt circulum sineret deponi quod et fecit sicq; eo defuncto. mulier post paucos dies cepit infirmari. et quia timuit qd sacerdoti acciderat secretu suu prodere noluit. Cui? virtute deus non sinebat esse occultam. In hora vero qua expirauit vinculum eius dirupit. Cuiq; fines ligature illius ferree tunicam in qua moriebatur ex vtroq; latere suspenderent. multe matrone femine sancte exitum prestolantes. Postq; rem cognouerunt de tanto miraculo deum glouificauerunt. Hec mihi relata sunt a filia sorozis predicti sacerdotis. Vincula ista reuocant m ad memoriã mortẽ cuiusdã sanctimonialis p̄ciosam.

21

Cap. xxvii

In brabancia apud niuelliaz monasterium sancte Bertrudis vir-
ginis puella quedam nobilis extitit Clemencia nomine. Hec cum
suadente dyabolo lapsum carnis incurrisset tunicam innocentie
quam polluerat quotidianis lachrymis mundare satagebat. Sic dedita
erat operibus misericordie vt omnes suos redditus pauperibus erogan-
do nihil pene sibi retineret. Tempore quodam circa hyemis principium
cum fere nuda esset nimisq; egeret. sedens iuxta altare sancte Bertrudis
sic orauit. **O** dulcissima domina quomodo tibi seruiam in hyeme hac cum
nihil habeam! Eadem hora supueniens quidam peregrinus cum ad memo-
riam iam dicte virginis orasset. quinque solidos in sinu Clemencie iacta-
uit et abiit. Hoc quasi pro miraculo ipsa Wigero monacho vilariensi retu-
lit et ipse mihi. Cum autem moreretur inuenti sunt circa corpus eius noui
circuli ferrei. **Appollonius.** Mirabilia operatur deus in sexu fragili. **C**
Cesarius. Licet propositi mei sit in hac distinctioe tamen tractare de morientibus.
referam tibi tamen per occasionem huius sanctimonialis sortem pe-
nitentiam alterius cuiusdam mulieris.

Cap. xxviii

Non est diu quod virgo quedam leodiensis Filia nomine cuiusdam
nupserat metensi. Quo mortuo quia pulchra erat valde. canonicus
quidam leodiensis illam duxit in tantum eam amans vt per clau-
suram ab humanis aspectibus eam remoueret. Post cuius mortem illa de
peccatis suis dolens iuxta ecclesiam sancti seuerini se recluserit. vbi ex nimia
contritione sepe lachrymas sanguineas profudit. Insuper et vinculis fer-
reis se ligari fecit. Cum quibus cum stetisset in oratione omnia dirupta sunt.
Timens vero eadem vincula deo non esse accepta secundo ligata est. Quod
cum confessa fuisset abbati sancti Lamberti dolentem consolans ait. Qui
dixit marie magdalene. Dimissa sunt tibi peccata tua ipse vincula dirupit
tua. sicq; consolata est. **Appollonius.** Siqua residua sunt de morte iusto-
rum vt explicentur exoro. **Cesarius.** Quedam tibi adhuc de his referam
in quibus consoleris simul et terrearis.

Ca. xxxi

Ante hoc quadrienniū gerbrandus abbas claricampi in frisia cum ab-
bate nostro de caplo rediens generali in via infirmari cepit ita vt
cum maximo labore somacū pueniret. Ibiq; diem clausit extremus

In ipsa die mortis eius sanctimonialis quedam de syon que domus est ordinis nostris pertinens ad clarum campum. facta in mentis excessu vidit animam eius ab angelis in celum deferri. Expressit etiam domum et locum sepulture eius. necnon et habitum in quo sepultus est. Vidit insuper successori eius Iuoni duos dari baculos scilicet virgas pastorales ex quibus primam abiecit. alteram retinuit. Idem Iuoni prior fuerat in claro campo. de quo assumptus est in abbatem sancti bernardi. Deinde post breve tempus mortuo predicto gerbrado qui vir fuerat grandævus et iustus et disciplinatus. Idem Iuoni abbatem meo presente necnon et me factus est abbas claricampi. Sicque secundum quod de illo presertim ostensum fuit primam baculum abiecit alteram adhuc retinens.

Cap. xxxi

In monte sancte Walburgis sanctimonialis quedam fuit Adewolt nomine femina bona et satis fervens in religione. Hec cum iam agonisaret sicut audivi a sororibus que presertim erant manus extendit contra hostium dicens. Ecce nuncius dei foris stat expectans animam meam. Sicque post modicum reddidit spiritum. ab eodem angelo deducenda in paradiso. Hoc etiam scias quod sepe a mortuis vivi vocantur. Verbi causa.

Ca. xxxii

Haec paucos annos Heydenricus sacerdos et cellerarius noster maior in somnis apparens successori suo Conrado tunicam propriam ei tradidit induendam. Quam cum ille induisset infirmitate preveniens post dies paucos defunctus est.

Cap. xxxiii.

Quondam annus elapsus est quod lambertus monachus noster nocte dominica in choro obdormiens Richwinum nostrum cellerarium aliquot annos defunctum chororum intrantem aspexit. Et cum annueret ei manu dicens. Frater lamberte veni simul ibimus ad rhenum. Ille sciens eum mortuum renuit et ait. Credite mihi non ibo vobiscum. In quo cum repulsam pateretur ad oppositum chororum se vertens quendam senem monachum Conradum nomine qui circa quinquaginta annos militaverat in ordine simili signo ac verbo vocavit. Quem ille mortuus secutus est caputio capiti imposito. Eadem die post cenam cum prior quosdam ex nobis vocasset et idem conradus presertim esset ait ei me audiente iam dixit lambertus. vere domine conrade vos cito moriemini. In hac enim cuculla vidi vos hac nocte richwinum sequentem referens ei visionem per ordinem. Cui ille respondit. Non curo. modo velle esse mortuum. Sequenti

no i

2-1

enim die si bene memini infirmari cepit et post breue tempus defunctus in eadem cuculla sepultus est

Ca. xxxiii

Hemina quoda[m] religiosa de armenia cum filio et filia veniens Colonia[m] in ecclesia maiori Ieiunijs et orationib[us] deo seruiebat. vocabatur aut[em] filius gregorius homo simplex et sacerdos. nomen aut[em] sororis maria. Anno aut[em] preterito matre defuncta infra tricena[r]iu[m] etia[m] gregorius ad extrema[m] deductus est. Cunct[is] soror cora[m] illo sedens lachrymare[m] valde ille consolans eam ait. Noli flere. quia mater nostra vocat me. Et illa. vbi est? Respondit. Ecce cora[m] me stat. Sicq[ue] anima illa sancta carne soluta est. Corpus vero eius cum multo honore inter canonicos eiusdem ecclesie sepultu[m] est. Monita. Valde mihi vident[ur] esse perfecti quor[um] anime carne resolute mox ascendu[n]t ad requie[m]. Monachus. Neq[ue] dicis neq[ue] hoc te lateat q[uo]d valde parua su[n]t iudicio hominu[m] que perfectos maxime claustrales ab introitu glorie quandoq[ue] retardant.

Ca. xxxv.

Quoniam quida[m] de cynna que dom[us] e[st] ordinis nostri. cum die quadam missus ab abbate suo nauigio transiret per fluuiu[m] albia[m] fluit per saxonia[m] nauta ab eo naulum rediit. Qui cum diceret nihil se ad manu[m] habere de pecunia. respondit ille. Date mihi pro pignere cingulu[m] vel cultellu[m] vestru[m]. no[n] possu[m] inquit carere his. Et adiecit. Ego p[ro]mitto vobis cum ordine meo q[uo]d dimidiu[m] denariu[m] vobis remitta[m]. et dimisit eu[m] nauta. Recedens ab eo conuersus eo q[uo]d res modica videret[ur] p[ro]missu[m] p[er]cipere nihil remittens. Non multo post infirmat[us] cum omnib[us] qui aderant mortuus videret[ur] anima egressa cum ad requie[m] ascendere vellet. predictu[m] dimidiu[m] denariu[m] cui[us] in confessione no[n] meminit ante oculos habebat. qui adeo creuit ut mundo maior videret[ur]. Cumq[ue] sursum nitenti semp[er] obsisteret neq[ue] aliud esset quod impediret ad angelor[um] petitione[m] p[ro]missa est redire ad corpus. Mirabilib[us] cum ista visione retulit. et missus est ab abbate nauta integer denarius sub omni celeritate. Que[m] ut ille recepit. eade[m] hora sine consideratione conuersus expirauit. Hec mihi narrauit abbas Liuonie asserens sibi recitata a predicto abbate. Unde religiosi quanto secularib[us] maius p[re]miu[m] sperant tanto eis debent solliciti ne morientes aliquid pulueris secum trahant

Cap. xxxvi

Hicte annos paucos in regno franco[rum] quoda[m] domo ordinis Cytherien[sis] monach[us] quoda[m] bone vite laborabat in acutis. Qui du[m]

duplici calore torquere. infirmitatis scz et aëis rogauit infirmariū q̄tin⁹ sibi liceret cucullam exuere ⁊ induere scapulare. Quod ille concessit spassus infirmo. Qui cū abiret. reuersus infirmū reperit expirasse. Nō modicū ex hoc turbatus domū clausit scapulare extraxit reinduit ei cucullā. sicqz in matta illū ponens tabulam pulsauit. **D**epoztatus in oratoriū prima nocte cū monachi s̄m consuetudinem circa corpus psalmos legerent. ille in feretro se erigens et circumspiciens monachos aduocauit. Qui cum terri ti fugerent omnes in dormitorio excepto suppoze qui constantior erat ait illi **N**olite timere. ego sum **I**lle frater vester qui mortuus fui et reuixi. vocate mihi abbatem. **I**nterim signantibus monachis qui fugerant quia surrexisset mortuus. factus est in dormitorio magnus motus atqz concursus. **A**ccedente abbate ad feretrum ait ille. **D**omine cōfiteor vobis q̄ sic atqz sic mortuus sum. **P**uctus vero ab angelis ad paradīsum cum putarem me libere posse intrare accessit ad hostiū sanctus benedictus et ait. **Q**uis em̄ es tu? **R**espondente me. ego sum monachus ordinis cystericiensis. **S**ubiecit sanctus. **N**equaquā. si monachus es vbi est habitus tuus? **I**ste locus est ceteris et tu vis intrare cū habitu laboris. **Q**ui cū circumgirassem muros eius dē felicissime mansionis ⁊ per fenestras seniores quosdam magne reuerentie illic conspexissem vni illoz qui ceteris benignior videbatur vt pro me int̄cederet supplicauit. **C**uius interuētū permissus sum ad corpus redire vt sic habitu a te recepto merear ad predictā beatitudinem introire. **Q**uo audito abbas cucullam in qua iacebat ei extraxit. cucullam quam in infirmitate exuerat ei reinduens **S**icqz accepta benedictione rursum expirauit. **N**otatur autē domus in qua contigerūt **F**zere abbas de relashtusen per nos transiens nobis retulit hoc miraculum. dicens se audiuisse a priore et conuentu iam dicte domus.

Cap. xxxvii.

Simile ex parte contigit hoc anno apud strasberg. **C**um quidam eius ibi defunctus fuisset et in feretro positus anima ad corp⁹ reuersa est. **E**t cū clamaret quomodo veni huc? quō veni huc? **N**otata est vxor eius. ad quam ille. **D**ei misericordia reductus sum et hoc tibi dico nisi omnia que habemus relinquam⁹ nō poterimus saluari. **S**icqz omnibus put poterat salubriter dispositis infra triouum mortuus est. fuerat eorum substantia de malo adquisita. **A**ppollonius. **Q**uid est quod maxime morientibus possit subuenire? **C**esarius. **C**onfessio pura atqz contritio. **E**cce exemplum.

Ca. xxxviii.

Magister thomas theolog' cū in presenti expeditione in castro peregrinoꝝ in camera quadaz lecto decumbens esset moriturus vidit dyabolū in angulo stantem. quē cū cognouisset voce martini allocut' est eū dicens. Quid hic astas cruenta bestia! Dic mihi qđ est qđ maxime vobis noceat! Inq; ille nihil responderet scolasticus subiunxit. Adiuꝛo te p deū viuū qui iudicaturus est viuos et mortuos et seculū per ignez vt dicas mihi huius interrogationis veritatē. Ad quod demon respondit. Nihil est in ecclesia quod tantum nobis noceat quod sic virtutes nostras eruat qđo frequens confessio. Quando eniz homo in peccatis ē peccatis dico mortalib' omnia eius membra ligata sunt et non pōt se mouere. Cum vero peccata eadē confiteť statim liber est et mobilis ad omne bonū. Quo audito doctoz ille bonus et crucis xp̄i fidelis predicator let' expirauit. **Cypollonius.** De cōfessione nō dubito qđ valde sit bona s̄m qđ tertie distinctionis plurima pbant exempla. **Cesarius.** De morte iustoz hec dicta sufficiant. de quibus etiaz in supioribus multa exempla redundant que recapitulare supideo. quia ad mortes maloz festino. Quā misere qđ horribiliter moriant' vsurarij. auari. pecuniosi. dolosi. superbi. predones. homicide. contentiosi. luxuriosi. vicijq; similibus subiecti que apostolus appellat opera carnis quibusdam tibi pandam exemplis

Cap. xxxix

In ciuitate metensi sicut mihi narrauit abbas quidam ordinis nostri vsurarius quidā defūctus est auarus nimis. Qui cū moritur' esset supplicauit vxori sue vt crumenā denarijs refertā iuxta se poneret in sepulchꝛ. Quod cū illa fecisset quanto secretius potuisset tñ latere non potuit. Accedentes aliqui sepulchꝛū latenter aperuerunt. et ecce duos ibi conspicant' bufones vnū ex ore crumene. alteꝝ in pectore. Ille denarios ore de crumena extrahabat iste suscipiens extractos cordi eius immittebat acsi dicerent. Nos pecunia satiabim' cor tuū insatiabile. Quibus vis illi timore percussis terrā reŋciētes fugerunt. Quid putas animā huius pati in inferno a vermib' immortalib' si tam horrenda in eius corpore demonstrata sunt in sepulchꝛ? Non minus horrendū est quod sequitur

Ca. xl

In villa frechene que ad vnū miliare distat a colonia qđaz morabat' Iutta nomine. moribus quideꝝ satis composita sed vsuraria

de quo vicio cū sepius argueret a superiore nostro gerlaco qui tūc tps
ecclesiam iam dicte ville regebat emendationem quidez pmisit sed nō ser
uauit. Tandem in peccatis suis mortua est. Et ppter timorem corpis ne
feteret posita sup terrā. Et ecce dyabolus manus eius et brachia mouit
ad instar numerantis pecuniā. Missum est pro gerlaco vt dyabolū a vera
tione corporis exorcismis cohiberet. Quod cū fecisset corpus quieuit et cū
adiurare cessaret illud non cessauit nunc crura nunc man⁹ mouendo. tunc
tollens aristas aque benedicte intinxit et ori eius immisit que illas audis
sine masticare cepit. Tandem tollens stolam cū exorcismo collo eius circū
ligauit. sicq; demones ab eius corpore compescuit. Erat ibi tempoē eodē
rusticus quidam qui dicebat sacerdoti. Sciatis dñe q̄ dyabolus in hac
nocte stupenda operabitur in hoc corpore. Referā em vobis simile quod
temporibus contigit puericie mee.

Ca. xli

Herat in bacheim villa prima famosa quedam vsuraria hec cū
moritura esset campum totum coruis ac cornicibus vidit repletū
Et clamauit fortiter. Ecce modo appropinquant foris ad me. Et
adiicit. o vi. o vi. modo sunt in tecto. modo in domo. modo ped⁹ meuz
laniant. modo animā meā extrahunt. Sicq; cum vlulatu efflauit spiritum
a demonibus ad inferos deducendū. Qui eadez nocte corpus de feretro
multis qui aderant videntibus tollentes vsq; ad tectum leuauerunt. et cū
trabi impingerent iuxta limen hostij illud cadere sinentes confregerunt.
Extincta sunt luminaria fugerunt homines mane in iam dicto loco corp⁹
reperientes. Quod bestiali sepulture tradiderūt

Ca. xlii

In dyocesi coloniensi ante paucos annos miles quidā defundus
est nomine theodericus vsurarius admodū nominatus. Hic tan
dem infirmatus materia ascendente in cereb⁹ factus est frenetic⁹
Qui cum quotidie dentes et os moueret dixerunt ei ministri sui. Quid co
meditis domine? Respōdit ille. Denarios ego mastico visum ei fuerat q̄
denarios ori ei us demones infunderent. Non possum inquit sustinere de
mones istos portate me ad monasteriū. Rode boni illic homines sūt. for
te auxilio illoz ab his dyabolis liberabor. Quo cū delatus fuisset. clama
uit. Reportate me. reportate me. plures em hic demōes video q̄ in domo
mea. Erat em de villa Wurme. Sic miser relat⁹ et a demonibus agitated
expirauit. q̄ execrabile vitium sit vsura in suis tormentis multis oñdens

Quidam dixerunt se in ore et in gutture eius denarios vidisse. **A**ppollo
n. u. s. Bene apostolus auaritiam ydolorum appellat seruitutem cui sic de
mones famulantur. **C**esarius. Auaritia heu non solum in secularibus
sed etiam in personis ecclesiasticis regnat eisq; famulatur.

Ca. xliii.

Statius prepositus bunnensis clericum habebat nimis auarum
Monasteriensis ecclesie canonicum. Et quia ex eius consilio idem
prepositus pendebat multam pecuniam Walterus congregauit
Qui cum moreretur nec vnum quidem denarium pro anima sua legauit.
In ipsa hora mortis eius godefridus ecclesie sancti andree in colonia ca/
rtonicus coram domino suo adolpho tunc maioris ecclesie decano et po/
stea archiepiscopo in porta dormiuit. cui talis visio ostensa est. Visum est
ei qd predictus Walterus pecuniam de magno cumulo in tabula numera/
ret et qd demon ex altera parte in ethiopis effigie residens illius compu/
tationem diligentissime consideraret. In ipsa computatione Walterus fre/
quenter ex ipsa pecunia aliquid furtiue vesti proprie submisit. Qua nume/
rata demon in hec verba prorupit. Computat argentum Walterus sub/
trahit illud. Deinde manibus complohis cum multo cachinno subiecit.
Plus qm ducentas subtrahit Waltero marcas. Sic enim ex quadaz super/
bia vocari solebat. Excitans dormitum suum Godefridus quid videret
recitauit. Et compertum est qd eadem hora expirauit. Prepositus vero
omnem illius pecuniam tulit asserens illam suam fuisse

Ca. xliiii.

Godefridus vero non minus misere defunctus est. Erat siquidem
auarus valde et magnam in curia pecuniaz collegerat. Die qua/
dam tempore philippi regis romani magnum in domo sua debi/
toribus domini sui fecerat conuiuium ex pecunijs eiusdem philippi quas
adolpho pro coronatiōe dederat. illis accommodata restituere proponēs
Ante enim qm de eodem conuiuiū gustasset. apoplexia tact' obmutuit et
sine confessione atq; sacra communione spiritus exhalauit. Post cuius mor/
tem cuiusdam sacerdoti talis de eo visio ostensa est. Vidit eum colonie an/
te monetam incudi impostum quem Jacobus iudeus ymo iudeorū epi/
scopus cui fuerat familiaris malleo extendit vsq; denarij tenuitatem. Et
hinc cōcordabat pena culpe. fuerat enī magister monete et monetarioz

socius. et quia multam ibi congregauerat pecuniaz luere ibidez visus est auaricie penam. Que de morte hermanni secundi decani in colonia percepi non tacebo.

Cap. xlv.

ERat ibidem hermannus homo multum auarus et amator pecunie. Accidit ante hoc biennium vt canonicus quidam bunnensis Wynricus nomine cognomento Steupel moreretur. Qui statim post mortem erwino maioris in colonia ecclesie canonico in somnis apprensus ait. Rogo te vt ad diem meum venias ante capellam sancti Nicolai. Quod cum Erwinus renueret sciens eum mortuum. subiecit ille Peto vt hoc ipm dicas secundo decano. quia dies erit octauo die. Ille euigilans et de visione satis admirans. quid viderit vel quid Winricus mandauerit mane decano recitauit. Qui statim visum intelligens respondit. Ego satis tui meo qd diem eius cito obseruare debeam quia homo senex sum et debilis. Statim eadem die peius cepit habere ita vt predicto die moreret. Quod vbi comperit Erwinus timens quia et ipse moriturus esset cepit se p confessionem atqz sacram comunione ad mortem preparare. Pro quem maior prepositus. Cras in conuentu dicite ei missam solennem et sepelite sicqz satisfecistis petitioni eius. Quod ita factum est atqz iuxta capellam predicti pfefforis ab eo sepult. Adhuc idem Erwinus viuit a cuius ore audiui qd dicta sunt. Inter auaros penas soluent etiaz aduocati. qui modo salaria pingua recipiunt et causas subuertunt.

Cap. xlvj.

DErrauit mihi ante paucos menses aliquis sacerdos de Saxoniam dicens. Nuper in terra nostra quidaz decretista nominatus mortuus est. Qui cum hyaret lingua in ore defuncti non est inuenta. Et merito linguaz perdidit moriens qui illam sepe vendiderat viuens Apolloni. Simile dixisse te recolo de henrico ratione in disti. vi. ca. xxviij. **C**esarius. Recordor nunc cuiusda verbi de huiusmodi aduocatis yronice dicti. Eode tempore quo iam dictus henricus obiit. mortuus est et magister falco treuerens mortui sunt et plures nobiles terre. Recte inquit quidaz canonicus faciunt nobiles isti. qd morientes secum ducunt aduocatos istos erunt enim eis necessarii. **A**polloni. No ibi valebit saxo neqz ratio qz sine lingua siue clauso ore verba minime formant. **C**esari. In illo diuino examine vbi aperti erunt libri. et ibidem scrutabit in lucernis. nullus aduocator neqz p se neqz p alijs assignare poterit aliqua falsa loca ex legibus siue decretis. Et hec dicta sint de auaris. de dolo vero cui iuncta e auaritia nunc aliqua subiungam exempla.

h a

Cap. xlviii.

In dyocesi Toloniensi villa Bude rusticus quidaz fuit Henricus nomine. Hic cū morti proximus esset. lapidem grandē et ignitū sup se in aere pendere aspexit. Ex cuius ardore cū eger nimis estuaret voce clamavit horribili. En lapis capiti meo imminens totū me incendit vocatus est sacerdos. confitetur sed nihil profuit illi. Recogita inquit. si aliq̄ lapide isto defraudaueris. Ad quod verbū ille in se reuersus ait. recordor me eundem vt agros meos ampliari in alienos terminos transtulisse. Responde te sacerdote. hec est causa. ille culpā confitetur. satisfactionē pollicetur. sic a terribili illa visione liberatur.

Cap. xlviiii.

Simile contigit in villa cui Recheym vocabulū est. Cū rusticus quidaz ibidē inoziturus esset. dyabolus assistens. palū igneū ori eius immittere minabatur. Ille culpā nō ignorans. quotūq; se vertebat semp dyabolū cū palo presentē habebat. Palū siquidē eiusdē quantitatis et formē de agro suo in agrū cuiusdā honesti militis eiusdē ville godefridi nomine transtulerat. sibi addendo qd̄ illi subtraxerat. Ad quē cogente iā dicta nēcitate suos misit ablata restituere. promisit. p̄ q̄s vt reo ignoscēt supplicauit. Quib' respondit miles. nō ignoscā. finite filiū mulieris bñ torqueri. Itēz terreū vt p̄us. itēz nuncios mittit sed veniā nō osequitur. Tertio eis cū lachrymis venientibus et dicentibus. rogam' vos dñe intuitu dei. vt v̄ra recipiatis et misero culpā remittatis. qz mori nō pōt neq; viuere licet. Respondit. modo bñ vindicatur sū. modo remittatur. Ab illa hora terror omnis dyabolicus cessauit. Ex his exemplis satis colligit qd̄ fm qualitātē culpe etiā deus formet qualitātē pene. Quoi nūc qd̄ te tibi qz similes consoletur de diuitibus atq; supbis.

Cap. xlix.

Fuit in regno francoꝝ clericus quidaz nobilis et diues. q̄ duo sepe hominē extollat. multisq; vicis subiectus. Qui cū mortuus fuisset et in feretro positus multitudinē populi circūsidere. tū ex clericis q̄ ex laycis ipse se erexit cū is audientibus in hec verba. prupens. Iustus iudex iudicauit iudicatum dēnauit. dēnatum tradidit in man' impioꝝ. qd̄ dñs se reclinas itēz nō obdormiuit s̄ de rege trāsiuit ad laborē. de delicijs ad miseriaz.

Ca. l.

In eodē regno alius quōdam clericus fuit et ipse victiosus valde sicut et superior
Qui cū admonit⁹ fuisset ab amicis de confessione essetq³ ei allatū corp⁹ dñi
a sacerdote accipere noluit. vertēsq³ se ad parietē sic ait. Tuba canit apud
inferos. eamus hinc. Sicq³ expirans tubam secur⁹ est infernalē **Capol-**
lonius. Si sic deus execrat diuitias atq³ superbiaz puto q³ valde puniat
blasphemiā **Celsarius.** valde deus punit qñq³ illud vitii etiā in infideli-
bus sicut nup⁹ didici ex relatione cuiusdam monachi vilarien⁹ qui circa he-
reticos albienses cū domino **Conrado** cardinali satis laborauit

Cap. li.

Omes fulkensis heretic⁹ et hereticor³ coadiutor cū vltimū castz
suū rehaberet. in tantā erupit blasphemiam vt diceret. velit. nolit de
us. velit nolit ecclesia romana et omnes sancti ego terraz meā re-
habebo. Morq³ de equo cui insidebat ruens horribiliter torquebat. et cū
a militib⁹ esset eleuatus. denuo ruit. penā soluens blasphemie. Reduct⁹ ve-
ro in domū suaz primū torquei cepit in pedib⁹. deinde in crurib⁹. postea
in pectore. et cū ei relicū fuisset officium lingue si forte penitere vellet **Ipam**
q³ confessionez prostrus stemneret circa quatuor menses a die qua percussus
est impenitens expirauit. Hec de diuicis superbia atq³ blasphemia dicta
sunt. Quanta vero pena prodonibus prepatata sit finis vnus ostendat

Ca. lli.

Quia illud tempus quo philippus rex inimicabatur **Coloniensib⁹**
ppter ottonem. satelles quidam **Johannes** nomine. cognomento
danus prouinciaz depredatus est. hic cum post multa mala mo-
rturus esset. dyabolus morienti nimis importunus fuit. In cuius aspectu
pallens ac tremens ad circūstantes clamabat. Date mihi gladium vt re-
pellam a me hunc qui infestat me virum nigerrimū. Dicentibus eis nemi-
nem hic videm⁹. inuoca deum. miser ille desperatus respondit. Quid mihi
posset prodesse si modo illū inuocarem? Multum inquirunt. Tunc ille. **De⁹**
si potes a diuua me. sicq³ expirauit. Et satis timeo q³ modicum ei pfuēit
tam infirma et tā extorta inuocatio

Ca. liii.

Eodem tempore seruus quidam aliquando cursor **Ottonis** ar-
chydiaconi **Leodiensis** officium suum deserens. multitudini
predonum. que ruita vulgo dicitur associavit. Inter quos ep̄m
se nominās et ep̄m p̄ insulā representās socijs facere consueuerat p̄cōz ab/

solucionē. Die quodā duobus ex eis videntib⁹ duos canes dñs ei immisit a quibus totus laceratus et extinctus penā soluit depredationis atq; irrationis diuinorū sacramentorū. Quia predam homicidia frequenter sequuntur aliqua tibi pferā exempla de morte miserabili homicidaz.

Cap. liiii.

Qui duo anni elapsi sunt q̄ cuius quidā monasteriensis defunct⁹ est. hic cū domū et pecunias multas filio suo vnico dimisisset. ille luxuriose viuendo cū meretricibus et in tabernis omnia sua mobilia consumpsit. Domū vero sorozio suo vendens et abiciens. precium illius in breui dissipauit. Necessitate compellente ad eundē suū sorozium rediens ab eotum ppter vxorem tū ppter venditam possessionē detentus est. Quem cū primū honeste satis ac deinde negligentius tractaret. Ille ex indignatione eum deserens domū venditaz repetiuit se circūuentum conquerens. A quo cū nihil p iustitiaz siue p minas obtinere posset. bipenni illū in medio foro occidit. Mox in ecclesiam sancti pauli fugiens clericis cantantib⁹ clamare cepit. Vos domini defendite libertatem vestram. quod et fecerunt. Nementes ad eum viri honesti in fide sua eū educere voluerunt. volētes inter ipm et occisum seu occisi amicos cōponere miseri illius. Quod cum primū acceptasset. mox habito secum consilio respondit. Non ingrediar. absoluti sitis a pollicito iuramento. Quē post paululū vnus ex sodalib⁹ vocans ait. Exi bernharde. exi vinū optimū in tali vendit taberna. Quos secutus post modicū proditus est et captus. Requisitus cur exisset de ecclesia respondit. Ita mihi ardere videbat pavimentuz sub pedibus meis ut sustinere non possem. posito eo in rota. cum mane scolares ad eum venissent et dicerent. Bernharde viuus adhuc? fuerat cū litteratus. Respondit. adhuc viuus. Moxq; subiecit. In nocte transacta campum istum plenū vidi demonibus. Nullum tamē signum vel verbum penitudinis ab eo audire vel videre potuerunt.

Cap. lvi.

Quam tempore quodam tres latrones iuxta Coloniam rotali pena plexi fuissent ego altera die cum ceteris scolaribus accurrens. que ab vno illoz qui adhuc viuebat dicebantur audiui. Requisitus qua hora mortui fuissent socij sui respondit. hac nocte quando mortuus est iste qui iuxta me sedet totus campus coruis fuerat repletus. quos demones intelleximus in specie coruorum animam egressam expectantiū. Et cum hec miser ille vidisset. nec vna quidem vice nobis audientibus

deum inuocauit nihil habens contritionis. Et quo colligitur q^d hi qⁱ male viuunt sepissime male finiunt indigni misericordia tam in presenti q^m in futuro. Quaz crudele peccatum sit sanguinem fundere et dissensiones fouere presens est exemplum

Ca. lvi.

In episcopatu Colonensi due generationes rusticorum inimicitias mortales exercebant. Habebant autem duo capita duos videlicet rusticos magnanimes ac superbos qui semper noua bella suscitabant suscitata fouebant nullaz fieri pacem permittebant. diuino igitur nutu factum est vt ambo vno die moreretur. Et quia de vna erant parochia nomine Nuenkirchen quia sic domino placuit qui per illos dissensionis malum ostendere voluit in vna fossa corpora eorum sunt posita. Mira res et inaudita cunctis qui aderant videntibus corpora eadez doctsa verterunt ad inuicem capitibus calcibusq³ ipisq³ doctsis tam impetuose collidentibus vt caballos indomitos putares. Mox vnū extrahentes remotius in alio sepulcro tumulauerunt et facta est rixa eorundem mortuorum causa pacis et concordie viuoz. **Appollonius.** Puto animas eorum magnam habuisse in inferno rixam. **Cesarius.** De hoc questio nulla est. **Appollonius.** Si deus sic discordias rixas et iras punit in seculis. Puto q^d eadem vicia plurimū abhorreat in personis claustralib⁹. **Cesarius.** Hoc vno tibi ostendā exemplo

Cap. lvi.

Non est diu q^d in quadaz domo ordinis nostri edificium quoddā ad vsus monachorum factum est. Quod quidam conuersoz videntis et inuidens dyabolo cor inflammante aliquos ad deiectionem eiusdem operis incitauit. Qui cum venissent cum instrumentis suis ante refectorium monachorum auctor tante conspirationis corruit et exspirauit. Quo viso ceteri valde timentes cum multa festinatione et humilitate venerunt ad pedes abbatis peccatum suum confitentes a quo penitentia susceperunt. Corpus vero conspiratozis in campo sepultum est. postea ad petitionem conuersozum sicut nobis retulit abbas noster qui audivit. predictus abbas petiuit veniam in capitulo genēali vt liceret ei corpus proiectum ponere in cimiterio. sed non recordor vtrum fuerit ei concessum vel negatum. Referam tibi nunc aliqua exempla de vicio luxurie. que luxuriosos satis queāt terrere

Ca. lviij

Apostolus trajectum inferius ante annos paucos sicut mihi retulit et
 cōcanonicus clericus quidam defunctus est qui sandimonialē vel
 latam corruerat. Ut autem xp̄us ostenderet q̄z grauis sit culpa
 sp̄ius sponsam violare tale signū in defuncti genitalibus posuit. quod cun
 ctis qui videre vel audire poterant esset terrozi. Nolo autēz illud exprime
 re parcens verecundie feminarum. que forte lecture sunt que conferim.

Cap. lviij

In villa quadam dyocesis coloniensis que Lucheym dicitur puel
 la quedam cuiusdam honeste matrone ancilla ante aliquos an
 nos defuncta est. Satis em̄ erat luxuriosa. satis vaga. et valde se
 cularis. Nocte quadam in somnis ante Christi tribunal rapta est. in cui
 circuitu vidit angelos et apostolos martires et reliquorum ordinum san
 ctos infinitos. Animabus in medio deductis. ille ad gloriam. iste ad sup
 plicia iudicabantur. Cūqz hec ancilla videret et tremere. accusante con
 scientia manus suppliciter ad iudicem tetendit. Cuius ille misertus ait. q̄d
 me oras? Da mihi minimum digitum tuum et ego dabo tibi manus me
 as. ac si diceret. Da mihi modicam fidem q̄ te de tuis vicijis emendes. et
 ego tibi dabo gratiam meam sicqz euigilauit. que cum visum retulisset cui
 dam religiose matrone nomine aleydi que adhuc superest de villa Syn
 zennich. Respondit illa. Misera emenda vitam tuam satis commonita es
 Illa primum quidem timuit sed timor idem citius cessauit. Cūqz vt p̄us
 vicijis pristinis subiaceret. admonitioni flagella adduntur. Nam cum post
 acerrimas infirmitates expirasset. et nudata sup areā tecta tñ linreamine
 posita fuisset. Duo canes añ domū in curia se momorderunt. Superuenit
 tertius et quartus deinde omnes canes ville qui se inuicēz mordendo do
 mum intrantes linreamen supposituz abstrahentes dentibus suis commi
 nuerunt. Qui vix a rusticis fustibus expulsi sunt. Caduere vero sepulto
 canes fugati redeuntes super eius tumulum interrupta bella renouauerūt
 Timeo enim q̄ anima modicum habuerit pacis sicut interpretati sunt. Et
 quia huiusmodi mulieres sepe magicis insistent artibus vt vehementius
 possint amari. contra idem vitium satis horrendum tibi p̄feraz exempluz

Capitulum sexagesimum.

Ca. lxx

In hallo villa dyocesis traiectensis femina quedaz misera die qua
dam pedes suos pelui imponens ⁊ extra illam retrosum saltans
sic ait h̄ salto de potestate dei in potestate dyaboli. Quaz dyabo
lus mox rapiens et in aera sustollens. multis qui aderāt in villa siue extra
villam videntib⁹ vltra altitudines nemoꝝ transtulit. ita vt vsq; in hodie
nū diem nusq; compareret. Hec mihi de male viuentibus et male morien
tibus comperta sunt. De his vero qui bene videbantur vixisse nec tamen
bene consummati sunt. vnum tibi referam exemplum quod nuper audiui.

Ca. lxxi.

Hoc anno cum abbas noster iret ad capitulū generale iuxta Stria
cum a quodā hospitalario tam ipse q̄ abbas de stymenu caritati
ue satis suscepti sunt. Comedentibus eis. idem hospitalarius. erat
em̄ hospital magister. sedebat ad latus henrici cellerarij nostri. Qui post
prandium dicebat iam dicto abbati. Est vobis notus homo iste? Scia in
quit. homo bonus est et religiosus. Respondit henric⁹. Credite mihi in ma
lo statu est iam in mensa visum habuit infernalem. Mane vero cellerario
dicente missam abbas nescio quo instinctu sicut ipse nobis referebat nihil
aliud per totam missam orabat nisi hoc. Domine da mihi bonum finem.
Eadem nocte prefatus hospitalarius ad vicinum flumen solus vadens
vestes eruit et de ripa in aquas saltauit. Et cum ibi mergi non posset alti
us ascendit locum pfundiozem querens. Vigiles de castro videntes hoc
clamabant. Bone homo non est tempestiuū tali hora balneari. Erat em̄
nox natūitatis domine nostre. Quid plura? Miserrimus de litoze se preci
pitans limo profundi infixus est atq; sūmersus. Et territi sunt valde audi
entes hec scientes hominem plus q̄ triginta annis pauperibus seruiuisse
Simile contigit cuidam conuerso in ordine nostro qui pro sanctissimo vi
ro ab omnibus habebatur **Capollonius**. Satis factum fateor interro
gationi mee. sed adhuc vnum est quod nosse vellem. Quidaz putant mor
tem esse personam. Quibus concordat q̄ mors in specie hominis cū falce
in picturis representatur. **Cesarius**. huic fabule consentiunt iudei qui
dicunt vnum esse angelum a quo interficitur omne genus humanuz. Tra
hunt autem auctoritatez ab eo loco vbi per angelum percussa sunt omnia
primogenita egipti. Quid autem sit mors satis dictum est in capitulo pri
mo huius distinctiois Referam tibi tamen aliqua occasione tue interro
gationis vnde satis mireris.

Ca. lxi

Sicut veraciter audiui. matrona quedam nobilis in episcopatu coloniensi ante annos paucos infirmata est. Que cum in extremis agere videretur multaque matrone tamen ex ordine nobilium atque ministerialium circumstarent inuncta est. In ultima vero collecta vocans ad se agnam suam. cum tamen vix loqui posset ait. Ne timeas. Non moriar modo. vidi enim mortem recedere a me et inuadere clericum istum. digito eius demonstrans. **M**ix in modum in ipsa hora femina desperata cepit meliorari et clericus infirmari adeo. ut die octava moreretur. **A**ppollonius. In qua forma vidit mortem? **C**esarius. Nescio. si formam requiris audi quod sequitur

Cap. lxi

In episcopatu Coloniensi villa cui vocabulum est stamheim duo milites habitabant ex quibus vnus guntherus. alter hugo vocabatur. Nocte quadam cum iam dictus guntherus esset in partibus transmarinis ancilla pucros eius antequam irent cubitum ad requisita nature in curiam ducebat. Que cum staret iuxta illos. ecce species quedam mulieris in veste niuea et facie pallida contra ipsos ultra septem respexit. Que cum nihil loqueretur. et ancilla in aspectu eius horreret. monstrum idem possessionem hugonis que proxima erat adiens ultra septem illius predicto modo respexit. Deinde ad cimiterium de quo venerat rediens. post paucos vero dies infans Guntheri maior infirmatus ait. Septimo die moriar. post alios dies septem morietur Dirina soror mea. deinde post hebdomadam morietur soror mea minor. Quod ita factum est. Post mortem vero infantum. mater et ancilla de qua supra dictum est defuncte sunt. Eodem tempore obiit Hugo miles et filius eius. **H**orum testis fidelis est Berlacus superior noster.

Ca. lxi

Simile contigit in ecclesia bunnensi. Tempore quodam videtur vesperis cum scolares in ipso crepusculo ludos exercerent in claustro viderunt de vno sepulchrorum in quibus canonici solent sepeliri speciem quandam humane forme egredi que super aliqua sepulchra deambulans in quodam sepulchro se demisit. Post breve tempus mortuus est quidam canonicus. et in eodem tumulo de quo fantasma illud egressum est positus. Deinde post paucos dies alter canonicus in eadem ecclesia moritur. et in loco ubi ingressum fuerat sepelitur. Christianus bunnensis monachus noster eidem visioni interfuit. Huiusmodi visionibus quandoque

futura presignantur. **A**pollonius Secundum hec que dicta sunt. beati quos dominus inuenerit vigilantes. **C**esarius. Occasione huius verbi referam quod nuper audiui.

Capitulum lxx

Quoniam in alna domo ordinis nostri dyaconus legisset euangelium de confessoribus. scz **V**igilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Verbis eisdem completis. quidam monach⁹ in choro cecidit et expirauit. Et timuerunt omnes verboꝝ domini effectū considerantes. Unde fratres quia nescimus qua hora dominus noster venturus sit. vigilemus fide vigilemus et opere. vt cum venerit et p morte pulsauerit confestim et leti aperiamus ei. Quod nobis prestare dignetur dominus noster Ihesus xps qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Explicit undecima distinctio

Incipiunt capitula duodecime distinctionis:

DE pena et gloria mortuorum. caplm primū. **D**E pena Iude Wici langrauij. ca. ij. **D**E pena cuiusdam principis alemannie caplm. iij. **D**E clerico cuius corpus dyabolus loco anime vegetabat. ca. iij. **D**E pena Wilhelmi comitis Juliacensis. ca. v. **D**E pena sacerdotis cuius animaz parochiani sui agitauerunt in puteū. ca. vi. **D**E pena sculteti de Holmer qui missus est in vulcanum. ca. viij. **I**tem de sculteto de leggenich qui in eundem montem missus est. ca. viij. **I**tem de brunone de flitert qui in eundem vulcanum proiectus est. ca. ix. **I**tem de pena brunonis filij eius cui in inferno propinatum est. ca. x. **D**E euerhardo milite qui se erexit in feretro. ca. xi. **D**E decano Palernensi quem rex arcturus inuitauit ad montem gyber. ca. xij. **D**E pena bertolfi ducis ceringie qui missus est in vulcanum. ca. xij. **D**E pena frederici militis de Kelle. ca. xij. **D**E henrico nodo qui post mortem multis visibiliter apparuit. ca. xv. **D**E torneamento occisorum iuxta montenacke. ca. xvi. **D**E waltero de milene. ca. xvij. **D**E milite mortuo qui nocte serpentes et bufones loco piscium ante portam filij suspendit. ca. xvij. **D**E Baioaro qui post mortem vxori apparens dixit sibi elemosinas nihil profuisse. ca. xix. **D**E pena concubine cuiusdam sacerdotis quam dyabolus venabatur. ca. xx. **D**E sanctimoniali que infantem a se occisum ignitum circumferebat. ca. xxi.